NICOLAI CHRISTOPHORI LÜNCKERI, JUR. DOCT. & PROFESS. IN ALMA HASSOR...

Nicolaus Christoph : von Lyncker

NICOLAI CHRISTOPHORI LÜNCKERI,

JUR. DOCT. & PROFESS. IN ALMA HASSOR. GIESSENA PUBLICI,
CONSILIARII ITEM SAXONICI & MANDERSCHIEDENSIS

De

JURE HABITATIONIS DISSERTATIO.

GIESSÆ Ap. FRIEDERICUM KARGERUM,
ANNO M. DC. LXXII.



ILLUSTRI & GENEROSISSIMO DOMINO,


DN. JOHANNI EUTELIO

à

DIEDEN IN FüRSTENSTEIN,

CASTRI FRIEDBERGENSIS IMPERIALI BURGGRAVIO, & Nobilium immediator. Tractûs Wetteravici Capitaneo: Tum & Sereniss. Principis Hasso-Darmstatini Consiliario intimo ac Niddani Comitatûs Satrapæ; nec non summi Judicii Aulici utriusque Domûs Hassiacæ Præsidi eminentissimo,

Domino & Patrono meo Colendissimo, S. & O.



Ta multi Ædes suas inhabitant, DOMINE, ut eisdem servire propemodùm videantur: Ita splendori ac pompæ student, ut sede potiùs quàm animò, & plus censu quàm virtute exsurgant. Quàm verò pulchra Domus est, quæ Ornatum à Domino capit!

no capit! Quàm felix inquilinus, cui pectus Palatium est, quod instruat! quique cùm nil parvum noverit in angustiis, æstuantia multorum vota queat despicere: nullius egenus, nulli invidens, rerumque totâ naturâ Habitationem suam terminans. Equidem auro nobis distincta sint laquearia: sint parietes textili picturâ vestiti: sint superba triclinia, cubicula, moles, turresque; ac pavimenti tandem nitor lacunaribus respondeat; dummodò quæ onera, quæ ornamenta sint, gnaviter discernamus; nec tam sumptu quàm virtute, nec plus magnificentiâ quàm humanitate, stationes nostras efferamus. Dominemur autem Ædibus, & quæcunq; caduca sunt, infrà nos abjiciamus! ne unquam, degeneri à Juris-Consultorum scitis instituto, Rei Homo, sed Res Hominibus deserviat. Domum quippe velim, eandemque usui & modestiæ paratam; Non splendidos Carceres. Vivere nos in eâ magis cupiam, quàm habitare: ne dum abundè omnia suppetunt, tranquillitate destituamur; nec eò cuncta habeamus, ne felices simus. Nam ita propriis Ædibus dominabimur; Alienæ nobis servient! Ego hanc Servitutē Habitationis, (cætera animi sublimia Philosophis expendenda relinquens,) Legali & Juridicâ Operâ exposui: postquam, ut Thema quoddam Dissertationi Publicæ gratificarer, Duo apud me Præstantissimi & Juris studium laudabili industriâ prosequentes Juvenes, MOHRII Patrueles, Auditores & Amici mei, instarent: Cumque prima hæc exsolvendi voti mei se exhiberet occasio, cujus me reum Illustri

Tuæ

Tuæ Generositati jamdudum constitueram. Ideò TIBI, Domine, qui omnium animos in perennem Tibi eamque devotissimam Habitationem asseruisti, Hanc qualemcunq; nostram de HABITATIONE Commentationem addicere non dubitavi: quò penitiùs inde perspiceres, quàm ego gloriosum Mihi esse censeam, si has ædes, unde hic fœtus eductus est, animum puto meum, Illustri Generosit. Tuæ obsequentissimum, Favoris Tui pretiosissimi aurâ collustraveris. Præparent alii Mentes suas, quantum voluerint, Hospiti tam Illustri recipiendo, qui cùm ubique prosit, ubique etiam habitat, nullibi hospes est. Ego quantum TIBI debeam, planissimè scio: quòdque Tantis Virtutibus non serius tantùm affectus cultusq; sed & operosus conveniat, novò eóque majori conatu, si imperaveris, (imperat autem Tua in me Benignitas & Propensio,) testatum faciam. Vale Vir Maxume! & cùm multorum Saluti provideris, permitte quæso, ut

ILLUSTRIS TUÆ GENEROSITATIS


Perscribebam
Giessæ, d. 19 August.
1672.

me

observantissimum esse

profiteor,

Nicolaus Christophorus Lüncker.



Q. D. T. O. M. B. V.

DISSERTATIONIS
DE
JURE
HABITATIONIS
INTROITUS.



Elut ex Ædificiorum publicorum *magnificentia Reipubl. decus augetur,* v. Besold. d. Increment. Imperior. cap. II. §. 3. seqq.) *& cumprimis Habitatio* Principis *eidem adfert & imò habet quid Dignitatis, si ea in loco splendido & illustri sita sit:* (Just. Lipsius IV. Polit. c. IX. n. 115.) *ita non minùs urbes commendant aptæ* privatorum habitationes, *& si illa non tantùm* non nimis parvæ, *aut* non nimis magnæ *fuerint: in quorum isto Q. Scævolam; in hoc L. Lucullum taxat* Jo. Bapt. de Glen. L. VII. c. 1. Oecon. Christian. *sed etiam si* dignitatem *habitantium non excedant: quâ ratione Vitellio Sabinus* ap. Tacit. III. Histor. LXX. *exprobrat, quòd è rostris domum fratris, foro imminentem, & irritandis hominum oculis, petere, quàm Aventinum & penates uxoris maluisset? Prout quidem*

A hoc

hoc privato, & omnem Principatûs speciem vitanti, magis conveniat. (v. etiã III. Ann. IX. & XV. Ann. 51.) *Verùm hæc ad structuram ædium civilem & ad externum intuitum spectant, de quo simulac de luxu & sumptuositate ædificantium* Beloldus d. l. aliiq; *disserunt. Interiùs si habitationem consideres, Principes & Magistratûs, etiam inferiores, Aedibus suis & publicis singularem* Securitatem *inesse voluerunt.* (vt Hering. d. J. Burgor. & Mevium L. IV. ad Jus Lubec. T. XV. Art. 2.) *Imò ad privatos etiam hoc pertinet: Domus sua cuique tutissimum refugium, & φεύξιον receptaculum; atque* sancta quasi Deorum Penatium Tutela, *ut ex Vet. Pontificiò Iure,* Quintilian. Lib. VII. c. 9. (conf. & Ciceron. in Vatinium Orat. pro Domô suâ.) *Inde est, quòd non solùm nemo* de domô suâ *invitus* extrahi *possit*; l. 18. ff. de in jus voc. *nisi cùm debitor de fugâ suspectus est*, Barbosa in L. IV. Thes. locupl. c. 48. ax. 1. *in causâ criminali*, l. plerique d. t. *item ne volens obruatur domô ruinam minante*. Felin. in c. contingit. de sent. excomm. *& qui sunt casus alii, apud* P. Peckium cap. VI. d. Jur. sistend. n. 8. 9. à Mynsingero in IV. Obs. 69. *etiam ad hortos & loca contigua extensi. Sed nec* ingredi *regulariter* (v. Jo. d. Plat. in §. feræ. Inst. d. R D.) possessionem alterius *liceat, ut non habitanti invito injuriarum teneamur*; l. qui in domum. ff. d. injur. *nisi etiam justâ causâ id nobis licere putemus.* v. Menoch. Recup. Rem. IX. n. 130. & Plot. d. in Lit. jur. §. 47. n. 6. So hart wird der Haußfried gehalten / daß auch der Mietlings Einwohner sich wieder des Hauses Herrn / so jhm darzu Gewalt thut / schützen / ja jhn erschlagen möge. Sächs. Landr. Gloss. 6. Lib. III. art. 78. *Vnde multò magis* furem *in domo s. habitatione mea me invadentem rejicere, & resistentem, quamvis diurnus fuerit, occidere possum*: Dn. Tabor in cap. V. Armament. p. 315. *cùm in ædibus aliàs quoque commissa* deprædatio,

dacio, *aequè ac si in publica via admissa esset, puniri, & cadaver rota affigi soleat : ita definiente* Carpzovio P. IV. Const. XIII. def. 7. *Enimverò de Ædificiorum Jure, cùm & de eo erudita extent Commentationes, ex instituto dicere non decrevimus: satis enim in* JURIBUS HABITATIONIS *superest, quod operam nostram exerceat: quandoquidem argumentum hoc, tam omnibus passim obvium, nemo, quantum novimus, justô studiô persecutus sit. Accipiat ergò propensâ manu ac mente Lector aequanimus, quae de eôdem, tot inter labores, festinanti calamo exciderunt.*

SECTIO I.

Num Habitatio ab aliis Servitutibus distincta species sit: & de Definitione ejus tam Nominali quàm Reali.

I. LIcèt † autem *Wiesenbachius D. XII. Inst. n. 24.* habitationem *peculiarem servitutis speciem* ob hoc esse neget: quòd ejusdem nec in *Tit. Inst. d. reb. corp. & incorp.* nec *in l. 1. ff. d. servit.* fiat 1
mentio. Tamen † nō solùm loca illa ex integris Titt. Inst, Dig. & 2
Cod. supplenda sunt. Verùm etiam post diuturnam Sabin. & Proculianor. disceptationem, *Justinianus* Imper. Habitationem expressè *in §. 5. Inst. d. Us. & Hab. quasi proprium aliquod jus* constituere, edicit: cùm jam *in l. 13. C. d. usufr. & habit.*, quae una est ex 50. Decisionib. idem adstruxisset. Etenim † *Sabiniani*, quâc. ra- 3
tione habitatio relicta & constituta esset, eand. *ad usum referre* consueverant, quasi etiam usufructu habitationis legatô nil veniret, nisi usus aedium: *(Emundus Meryllius ad d. l. 13. Cod.)* & usufructu domûs habitandi causâ relictô, detraheretur quid usuifructui, usu domûs superstite. Planus est † *in l. 10. pr. d. Us. & Hab.* 4
Ulpianus, ibi: *si habitatio legetur, effectu quidem idem penè esse legatum usus & habitationis: & Papinianus consensit.* In quô † textu 5
voculam: *penè*, à manu *Triboniani* esse *Bachovius ad §. 5. Inst. d. Us. & Hab.* autumat; quasi illum ad mentem *l. 13. C. d. Usufr. &c.* infle-

&cere

6 ctere maluerit. Quanquam † nec ita æqualitatem inter ista duo Ulpianus asserat; sed tantùm velit, quòd in effectu conveniant: quâ ratione differentiam in causis itemque contrariis non abnuit:
7 sententiæ suæ propemodùm dubius. Idem † *in* §. 2. *d. l.* 10. *Usum*, ait, *habitandi causâ relictum, non dubitaremus, quin valeret.* Sed
8 non additur, num pro habitatione. Et sanè † dubitari etiamnum potest, num non etiam, inter usum ædium & habitationem earundem, in eo discrimen sit, quòd usûs ædium plures etiam esse
9 queant, quàm inhabitatio: quâ ratione † in Usu habitandi causâ relictô minùs foret, quàm in usu ædium simplici; & in habitatione
10 plus, quàm in usu aut usu habitandi causâ: nisi verò † *Justinianus in l.* 13. *C. d. Usufr.* nimis subtiliter ea examinari noluerit, ad mentem constituentis nos dimittens: ut quamvis ille usumfructum habitationis reliquerit, tamen nil nisi habitationem relictam videri verius sit: voxque habitationis interveniens, jus peculiare, quod ibidem Testator designabat, præferat. *v. Coll. Argent. th.* 14.
11 *Tit. d. Usu & Habit.* Omnium utique † planissima est *Pomponii in l.* 32. *ff. d. usufr.* sententia, ubi: *Habitationis exceptione, sive temporali sive ad mortem ejus, qui excepit, usus videtur exceptus.* Econ-
12 trà † *Proculiani* Habitationem ad *Usumfructum* magis referebant: cujus equidem sententiæ vix aliquod in Jure Justinianéo
13 reperias *vestigium*, præterquam † quòd *Marcellus*, quem fuisse Proculianum, *Meryllius in II. Obs. XXVIII.* probat, *in* §. *pen. Inst. d. Us. & Habit. Justiniano* admisisse dicatur, quòd Habitatio locari
14 possit: quale quid de Usu efferri non poteræ. Sed † *Priscus & Neratius*, (& hic ergò, qui Proculianus erat,) diversam, eamque veram sententiam, foverunt, *in l.* 10. §. 3. *d. Us. & Habit.* relatam: *si relictus sit domûs usus fructus habitandi causa, quòd tunc sola habi-*
15 *tatio relicta sit.* Adeò † nonnunquam inter Nostrates reperias, qui veritatis efficaciâ adacti, à doctrinâ sectæ suæ abscederent.

1 II. Quam quidem † *Prisci & Neratii* sententiam postquam *Ulpianus in d. l.* 10. §. 2. probat, eandemque *in l.* 13. *C. d. Usufr. Justinianus* recipit, magnoperè mirandum est, cur gravissimi Juris Authores hodienum Habitationem *speciem usus fructûs singularem* constituere non vereantur: (uti fecit *Rennemannus in Disp.* LII. *Jur. Rom. Germ. th.* 16.) Ipseq; *Donellus Lib. X. c.* XXI. *Com-*

ment

*ment. lit. a. ex d. l.*13. colligere annisus sit: idem esse usumfructum ædium & habitationem, licèt *jure Digestorum diversa* fuerint. Sicut † enim hoc nondum ex Digestis liquere potuit, nondum sibi 2
constante *Prisci & Neratii* sententiâ, *in l.*10. §. 2. *d. Vs. & Habit.* tantùm relativè positâ. Ita † num non potiùs *ex l.*13. *C.* differentiã 3
illam Vir facundus pariter & accuratus eruere quiverit, nescio. Nec † meliùs quid substituit Epitomator ejus diligentissimus 4
Osvv. Hilligerus, quando *in d. l.* 13. duos casus proponi docet: unum, quô *habitatio* simpliciter legetur: ut in eo hoc decisum extet, non censeri usumfructum relictum; sed locationis licentiam fructuario competere: alterum, quando *usufructus habitationis* legatus reperiatur: quô quidem casu verum usumfructum relictũ esse certum sit. Nam † quòd in hac etiã *posteriori specie* aliud, 5
quàm in *priori* Justinianus nõ deciderit, ex ipsa Textûs inspectione liquet: nisi † etiam Habitationem cum *Hotomanno* 3. *Obs.* 6
23. pro *loco* accipias. Nam ita usumfructum habitationis, ab habitatione, ùt servitutem notat, distinctum esse non ambigitur: Cùm quidem † aliàs habitationis, ùt jus est, ususfructus tam non detur, 7
uti nec servitutis servitus. Verùm † de eo *Justinianus d. l.*13. non 8
disquirit; sed unicè: num *usufructu* domûs *habitandi causa* relictô, relicta censeatur mera habitatio? Sic enim † ususfructûs vocabulum ideò additum erat, quò sciremus non domum, ejusve proprietatem; sed jus utendi, & secundùm naturam propriam eâdem fruendi, relictum fuisse. 9

III. Meliùs † Imperatorem percepit *Barth. Cæpolla*, quando *in cap.* VI. *n.* 1. *d. Servit. Vrb. Præd.* usumfructum habitationis idem importare, quod importat habitatio, & in *n.* 5. habitationem propriè usumfructum non esse, docet. Atque † modestiùs, uti 1 2
solitus est, incedit Vir omni laude major *Dn. Vultejus in Lib.* I. *Jurisprud. Rom. c.* LXIII. Quamvis † enim Habitationem describat, quòd sit *usus* ædium alienarum, qui sit in habitando. Eamque cum ũsu ædium eandem esse putet, ad *arg. l.* 1. *ff. d. Servit. & l.* 32. *ff. d. Vsufr. itemque l.*10. *d. us. & habit.* de quibus suprà dictum est, respiciens. Tamen † postmodùm *authoritatem Imperatoriam* 3 4
veneratur: utcunque se non videre dicat, quænam alia sit usus & habitationis differentia, quàm quòd Romanis id ità placuerit.

1 IV. Enimvero † *Privatorum* Opiniones suscipere vetat Justinianéa Constitutio, sat idoneis argumentis subnixa: quamobrem nec securè dici potest, inter usum & habitationem in ipsâ actûs *natura & quidditate* nihil interesse, sed in iis duntaxat, quæ eam *circumstant*: (*v. Dn. Strauchium Exerc. V. ad Decis. Iustin. c.*
2 *V. n. 16.*) ceu contrarium ex h. ipsâ Dissert. elucet. Neque † etiam fas est asserere, quòd habitatio *jus quoddam* inter usumfr. & usum
3 *intermedium* sit. (*v. d. cap. V. n. 16.*) Jam enim † si plus minusve sit in habitatione, quàm in utrôlibet reperitur, illud quoque
4 assertum sibi non constat. Falsum † v. penitus est, quod nonnulli edisserunt, *in habitatione usum*, sed non vicissim in hoc illam, *con-*
5 *tineri*. Ast † enim ad certum articulum, velut emolumenti, hoc respiciet: & cur ergò ob hunc respectum naturam rerum confundimus? aut si latiùs illud porrigas, vel centum instantias id patiatur necesse est.

1 V. Nobis † *distincta* penitùs à cæteris est *Servitus* Habitatio: quam hoc modô describimus: HABITATIO *est* jus inha-
2 bitandi in domô alienâ, salvâ ejus substantiâ. Nam † *Hotomannus d. l* facilè refellitur, quando eam per *Locum* definit: siquidem 1.) Imperatori ipsi jus dicitur *in §. 5. I. d. Vs. & Habit.* 2.) formam denominantem describimus, unde locus est habitabilis; illa verò jus est seu facultas, quæ etiam, cessante actu in ædibus commorandi, superstes esse debet. 3.) frustrà dubitatum esset inter Veteres, an ad usum an usumfr. habitatio pertineret. *l. 13. C. d. Usufr.*
3 4.) Habitatio morte finitur, locus nô finitur. Per hoc † tamen *Hotomannus* non refellitur, quod *Coll. Arg. th. 13. d. Vs. & Hab.* ingerit, locum Domini proprietatis esse: nam & is habitatoris est suô
4 modô. Sanè † *Donellus in L. XVII. c. 12. Domicilium* per locum definit: *v. Dn. Struvium Exerc. IX. n. 20.* cùm quidem istud in lo-
5 co constituatur *l. 6. §. 2. & l. 27. §. 2. ff. ad municip.* Verùm † & hoc ipsum per habitationem rectiùs describitur. *v. l. 239. §. 2 d. V. S. &*
6 *Carpzov. 2. Respons. 22. n. 20. seqq. Jus* † ergò est habitatio, *v. l. 23. §. 2. d. S. P. R.* seu potestas & facultas jure tributa, continente pro contento positô, & relatione ad eum habitâ, cui ea constituta est.
7 Aliàs † enim est *imminutio juris*: ut tamen *privationem* non rectè dicat *Ioach. Schnobelius, in Disp. VI. ad Pand. th. 2.* Neque enim proprie-

proprietati privativè opponitur, cùm dominiô in quoquam non privet; sed relativè potiùs. Quid quòd non detur privatio, quæ alteri subjecto habitum conferat: ùt faciunt Servitutes, *arg. l. 20. §. 1. de Acq. R. D. & l. 68. ff. d. V. S.* Neque enim illud sufficit, quòd per habitationem alteri Libertas idem agendi tollatur; & plus, quàm in Servitutibus realibus fieri solet. Interim † per servitu- 8
tem pari ratione ex vi relatorum describi potest: indeque minùs rectè *Wurmserus in Nucl. Controvers. L. II. Tit. V. contr. 2.* Habitationem *Servitutem* esse negat: Nam † & *l. 1. §. 1. ff. Com-* 9
mod. & l. 17. pr. d. P. V. de jure quodam *reali* loquuntur; non tali, quod nudæ Obligationi insistat, aut *ad rem*, nō etiam in re, confèratur. Ulteriùs † per vocem *inhabitandi*, satis ab *utendi* aut *fru-* 10
endi Jure habitationem secrevimus; ab *Emphyteusi* verò, *Antichresi & similibus* etiam per hoc distinguitur, si genus relativè ad qualitatē passivam, quæ Servitus est, veniat; neq; enim *E. A. & c. jure servitutis* inhabitant. Non aliter † atque Ususfructus jus 11
quidem est, sed non *cum causa*, ùt eam habet Emphyteuta, Fiduciarius, Maritus, Vasallus, qui omnes re, tum verè, tum per χίσιν quandam, seu fictè, propriâ utuntur: *Stuckius Part. I. Diss. Iustin. Dec. IV. Assert. V. Lit. c.*

VI. Græcis † Habitatio *οἴκησις* dicitur, quod est apud 1
Theophilum, item *ἀβιτατίων*, ùt *in Gloss. Nomicis Labbai* emendat *Dn. Strauchius cit. Ex. V. c. 5. n. XI.* In quibus † cùm & *τὸ* 2
οἰκεῖον δῶρον legatur, idque *Labbaus* corrigat; aliam emendationem eôd. locô *Dn. Strauchius* substituit: ut legi queat: *τοῦ οἰκεῖν δῶρον*, ad ment[illegible]*l. 9. pr. ff. d Donat.* ubi: *in adibus alienis habitare gratis, donatio videtur.* Planè † autem ferri non posse *τὸ οἰκεῖον* 3
δῶρον: neque enim domesticum donum idem notare posse, quód concessio habitationis est. Nobis † nil mutandum esse videtur, 4
cùm gemina expositio suppetat, ut vel habitatio pro censu, ob habitationem pendi solito, capiatur: sic enim *τὸ δῶρον*, subsidium publicum notabit, eine Anlage, seu un don gratuit; Vel † etiam ipsam 4
gratuitam habitationis concessionem notet: quippe quòd Græcis adeò familiare sit, ut pro Genitivo substantivi, adjectivum usurpent: quale quid etiam in Germanico idiomate sæpiùs occurrit.

SECTIO

SECTIO II.

De Habitationis Cauſâ Efficiente, undenam & quibus Titulis eadem conſtituatur.

1 I. CONſtituitur † Habitatio vel *ab Homine* vel à *Lege*. Ab *hac*
2 vel *immediatè* vel mediante *Officio Iudicis*. Omninò † e-
nim vel in hac ab *uſu* diſcrepare habitationem videmus, quòd li-
cèt iſte iis modis, quibus uſusfructus conſtituitur, etiam induci
plerunque ſoleat: nullibi tamen ſententiâ Judicis, & imò nec Le-
ge, uſum conſtitui legamus: & in *l.* 10. §. 1. *ff. comm. divid.* non tam
conſtitui uſum, quàm declarari, cujus uſus ſit futurus, putandum
3 ſit. Sed † de habitatione *in genere* non tantùm effert Imperator,
eam legari vel *aliô modô* conſtitui; §. 5. *Inſt. d. Vſ. & Habit.* ſed & na-
tura ejus, quæ plus ad Servitutes plenas inclinat, eò Legem citiùs
deduxit, quam deinceps Judex Officio ſuo nonnunquam imite-
4 tur. Ita † quoties *Alimenta* cuidam Lex deputat, ſimul habitatio-
nem ei porrigit, velut aliquando ut Privigni *Novercæ* habitatio-
nem permittant, introductum eſt. *d. quo P. Surdus Lib.* I. *de Ali-
ment. QQ.* XLIV. *n.* 12. *v. Nov.* 53. *c. fin. & Gudelin. Lib.* II. *d. Iur.
5 Noviſſ. c.* XVI. Tum † & ſimile occurrit Brabantinô Jure, quô
mulieri, defunctô maritô, omnium bonorum Uſusfructus Jure
6 devolutionis debetur: *Perez. n.* 2. *C. d. Vſufr.* Verùm † *eadem pla-
nè habitatio* non eſt, quæ uſufructu continetur, atque de quâ mo-
7 dò agimus. Ut propiùs † accedant Statuta, quæ Conjugi ſuper-
ſtiti den Einſitz/ in domô hæreditaria, dem Ste[illegible]us/ largiuntur.
8 Quid † de Habitatione *Viduæ illuſtris* auffm Leibgeding? quam
& ipſam ſi à Marito, Domino aut Agnatis conſtituta non ſit,
9 Jura Feudalia adhuc Dovariæ concedi jubent. Etiam † Dota-
litii Jura ad *Vſumfructum* magis referuntur: nec omnimodam
Habitationem ea facit, quæ Viduæ, ſ. Dovariæ, Dotalitii nomi-
10 ne debetur. Ubi tamen † illud obſervandum eſt, quòd *Filius*, du-
rante Uſu Principiſſæ in Dotalitio, Jure Principali, *inter tranſe-
undum* in arce *habitare* poſſit, atq; avoir le giſte au dict Chaſteau.
Rebuff. in Conſtit. Regn. Gall. d. ſent. Proviſ. Art. 1. *Gl.* 3. *n.* 3. Jure *ſub-
11 ſidiariô* † Uxori etiam *manſio in domo* competit, uſque dum ei ra-
tione

tione eorum ſatisfactum ſit, quod illa ex defuncti mariti facultatibus prætendit. *Rauchbar. Part. I. qu.* XXXIII. *n.* 22. quòd tamen † ipſum quoque *ad Ius retentionis* referendum, & exinde et- 12
iam natura ejusmodi habitationis æſtimanda eſt: quanquam † e- 13
jus rei ſollicitudo nos capere non debeat, ſi *Lex* fortaſſis, uti in aliquibus ſpeciebus, *certâ ratione* habitationem indulget; ita etiam eandem, ceſſante illâ ratione, alio quàm conſueto modo, finiri cupiat: dummodò † Habitatio illa naturam ſervitutis habeat, 14
eamque indolem, quam ſuprà ei ineſſe oſtendimus: Ceu † qui- 15
dem ea deprehenditur in eâ ſpecie, quam *Ius Eccleſiaſticum* porrigit, quando *Paſtorem* liberâ habitatione *in Domô Parochiali* gaudere vult, eorumque hæredes *ſemeſtri* poſt obitum eorum ſpatio: licèt † *proprias* ædes habeant: *v. Carpzov. Lib.* I *Tit* XII. 16
Juriſpr. Conſiſt. def. 187. *ſeqq.* quale † quid etiam de *Æditnis &* 17
Scholarum Miniſtris ap. Eundem in Lib. II. *Tit.* XXII. *def.* 337. diſponitur.

II. *Modô* deinde *extraordinario*, Lege potiſſimùm coope- 1
rante, Habitatio acquiritur, per *Præſcriptionem*; non aliter atque Uſusfructus: & *longo* † quidem *tempore*, ſi præſcribens Domino 2
patiente, bonâ fide, in domo, non vi, clam aut precariò habitaverit; *arg. l. pen. in f. C. d. præſcript. longiſſ. temp. Caſtillo d. Vſufruct. c.* 68. *longiſſimô* † autem, ſi ſolus error cauſam poſſeſſioni præſti- 3
terit: *l.* 5. *C. de præſcr. long. temp j. l.* 8. *C. d. præſcr.* 30. *ann.* ut † idem 4
quoque ſi à *non Domino* cuiquam habitatio conſtituatur, *arg. l.* 11. *§.* 1. *d. Publis. act. l.* 12. *§.* 2. *eod.* dicendum ſit. Neque † enim quic- 5
quam obeſt, quòd cùm Dominus ratione Uſufructuarii viciſſim contrà hunc, ſi re intrà legitimum tempus non utatur, *libertatem*, *l. pen. C. d. Vſufr. l. pen. & ult. C. d. Servit.* & † ſimul *eôdem tempore*, 6
longo videlicet, *actione perſonali*, quæ pro uſufructu competebat, (*v. Perez. in Cod. d. Vſufr. n.* 27. *& Caſtill. d. Tr. c.* 67.) præſcribere poſſit; ſicque † uti uſusfructus per præſcriptionem h. m. finitur, 7
ita etiam à parte uſufructuarii per præſcriptionem conſtitui queat: eâ quidem ratione argumentari circà habitationem non liceat? quippe quæ cùm per non uſum non perimatur, inde nec per uſum capi debere poſſe videatur? Quidni enim † habitator, cujus 8
facto conſtat habitatio, quotidiè facere non poſſet? ut uſucapio

rei cujusdam, quæ meræ facultatis est, non sequatur: Dominus
9 † verò Jure suo Libertatis destitueretur, si illud facto habitantis
obliterari passus sit? Sed ita quidem Jure constituitur Habitatio.
1 III. Ab *Homine* † tam in *Civili*, idque variè, quàm *Feudali*
2 etiam Jure, induci eam posse constat. Et *hôc* † quidem si quando
3 Habitatio cuiquam constituitur, huc propriè † non pertinet, si
non *Iure* servitutis, quod tamen in eâ quæ communiter Feudistis
sic dicitur, habitatione obtinet; sed *Dominii utilis*, domô scilicet
4 ad inhabitandum concessâ, censeatur. Interim † *gratuitum* qui
dem est, *arg. cap. inter. 2. Feud.* 75. & *servitia* non nisi quæ *fidei*
5 *innexa* sunt, desiderat; sed † tamen *in haredes*, nisi etiam in investitura aliud cautum sit, (2. *Feud.* 105. *Schrader. P.* II. *d. Feud.*
6 *cap.* 4. *num.* 49.) non transfertur. Ad † Jus *Civile* deveniamus. Per quod tum inter vivos, tum etiam mortis causâ habita-
7 tionem constituere licet. *Inter vivos* † vel ex *onerosâ* vel *lucrativâ* causâ. Ad *illam* spectat, quòd *Locatione*, ceu & de usufructu
habetur *in l.* 18. *C. d. Jur. dot. l.* 10. 13. *C. d. usufr.* cuiquam accedere
8 possit: quo casu † habitatio *extrinsecùs* quidem *ex causâ sua* æstimabitur; sed *internam* tamen *Servitutis naturam*, quâ illa per
9 conventionem immutata non est, retinebit. Non † aliter, atque
in usurarum vicem habitandi facultatem Creditori concessam esse legimus in *l. 6.* C. *quod cum eo qui.* (in qu` tx. Dd. *sedem Antichreseos* constituunt:) *Fr. Ar. d. Mesa III. Resol. Pr. XLVI. n.* 5.
10 prout † res etiam, *fructum civilem* præbentes, in *ἀντίχρησιν* dari
11 nil vetat: *Christ. ab Hagen d. usf. Usur. c. XI. n.* 64. ipsumque † Usumfructum per *pignus* constitui *in l.* 11. §. 2. *ff. d. Pignor.* proditum est.
12 Adeò † ut cùm *creditor antichresticus* rem antichresticam *alteri*
vicissim cum pacto *ἀντιχρήσεως pignori dare* possit: *arg. l.* 13. §. 2. *d. Pignor. t. t.* C. *si pign. pign. junct. l.* 11. §. 1. *de Pignor.* non minùs hoc
etiam *habitatori antichrestico* permittendum esse censeatur. Ple-
13 runque tamen † *Servitutes*, maximè personales, *gratuitò* constitui solent: ceu idipsum de *natura* earundem esse existimatur. De
14 cætero † autem ex causâ suâ tum quoque censentur: id quod JCti
in eâ habitatione expenderant, quæ *in l.* 27. *ff. d. Donat.* Nicostrato ab Aquilio Regulo donata fuerat.
1 IV Equidem † hoc loco geminus nobis visendus est articulus, cùm elegans non minùs quàm difficilis de *Commodato*
itemque

itemque de *Precario* diſquiſitio ſit, an & quâ ratione utrôlibet eorum habitatio conſtitui queat? poſteaquam Vir ſublimis *Antonius Faber* tam in utrâque ſpecie volutatus eſt. Non opinabatur † Ille *in Dec.*LXXVII.*Err.Pragm.*VII. quaſi Habitatio *commodari* poſſet? Neque enim, ait, rei ſuæ ſervitutem quis habet, ut eam alteri commodare queat. 2.) Commodatum re perficitur, ſeu traditione, quæ nulla eſt incorporalium. 3.) Habitatio antequam concedatur, in rerum natura non eſt. 4.) revocatâ conceſſione in rerũ naturâ eſſe deſinit, & tamen res commodata reſtitui debet. 5.) durante habitatione non videretur commodans Dominium ejus & poſſeſſionem retinere poſſe, quia nullum ejus anteà Dominium, nullave poſſeſſio, fuit. Quid autem † *A. Faber* ad *l.*1.*§.*1.*ff.* *Commod.* ibi: *Vivianus ampliùs etiam habitationem commodari poſſe ait.* Putat *Ulpianum* ibid. unicè retuliſſe Viviani ſententiam, quam tamen ipſum non probâſſe ex *l.*17.*pr.ff. Præſcr. Verb.* evidens ſit: Ubi poſtquam dixiſſet Vivianum commodati, ob gratuitam habitationem, agi voluiſſe, mavult Ulpianus, cùm tutiùs illud ſit, ut P.V. ageretur. Vivianum eô ſeductum fuiſſe, quòd in habitatione peculiaris natura ſe exſerat, quæ plus ex facto, quàm jure trahat. *l.pen ff.d.Capit.Minut.* Indeq; citiùs quàm ſervitutes aliæ commodari potuiſſe eidem viſa fuerit: cùm tamen ipſam non minùs ex Jure conſtare verius ſit. Verùm † uti Ulpianus *in l.* 1. §. 1. *Commod.* ſententiam Viviani non improbat, quod vel ex *l.*17.*P.V.* manifeſtum eſt: ità non diffiteor, cùm *de habitationis natura Jure Digeſtorum non ſatis conſtaret*, & imò jura quoque coñodati ſenſim creverint, ut de *rebus ſoli* quòd commodari poſſint, primum id aſſeruiſſe *Caſſium* idem *Ulpianus* in *d.l.*1.§.1. recenſeat; ideò Ulpianum aſſerere fortaſſis veritum eſſe, quòd habitatio commodari queat: indeque tutiùs cenſuiſſe in *d.l.*17. *præſcr.Verb*, ut ex gratuita habitatione Actio P.V. daretur: Quanquam † non ſequatur: conceſſâ gratuitâ habitatione actio P.V. quandoque datur, E. habitatio commodari non poteſt? Quid enim ſi diceremus *in d.l.*17. potuiſſe conceſſam eſſe habitationem non habitantis commodo aut precibus, adeoque nec commodatum fuiſſe nec precarium; ſed potuiſſe etiam *concedentis interfuiſſe*, quòd ejus domum habitari intereſſet, ne vacua & deſerta

6 periret. *conf. Bellon. Lib. II. supputat. c. 13.* Quid etiam † si cum *Stephan. Forcatulo in Necyomant. Dialog. 49.* ideò commodatum *in l. 17.* intelligi non posse arbitremur, quia fortassis expressè non convenerat, ut eadem tradenti redderetur: ne aliàs obstaret *l. ult.*
7 *ff. eod. Tit. conf. Bellon. d. l. c. 6.* nec etiam † pacti fuerant, ut ad certum tempus vel usum ædes haberet, ut incertum Negot. actionem P. V. potiùs, quàm commodati producere debuerit.
1 V. De *Precario* † cur dubitaverit Illustris Sabaudus non habuit: Est enim luculenta Imperatorum in *l. 2. C. d. Prec. & salv.* Constitutio: *Habitantis precariò hæredes ad restituendum habitaculum*
2 *lum teneri.* Et † in universum quòd *Servitutes* precariò concedi queant *in l. 3. l. 15. §. 2. ff. d. Precar.* habetur. Sed † *Pomponius* eum detinuit, dum *in ead. l. 15. §. 1. ait*: *Hospites & illi qui gratuitam habitationem accipiunt, non intelliguntur precariò habitare.* Licèt
3 † enim *Accursius* textum de illis interpretetur, qui à cauponibus
4 recipiuntur; eam † tamen expositionem rejicit *Ant. Faber d. l. Err. 7.* veriùs esse putans, ut quare JCti precariam habitationem non admiserint, *occultæ rationis* quid subsit, quod nemo hactenus
5 introspicere potuerit. Esse hoc † non aliud, quàm quòd absurdum visum fuerit JCtis, si in singula momenta cogi posse debeat
6 habitator precariarius, ut emigraret. Indeque † Pomponium de illis, qui in domo amicè & gratuitò recipiuntur, ut cum Domino ædium per aliquot dies commorentur, non autem de separatim
7 habitantibus accipiendum esse. Ex quo † manifestum est, nil *Fabrum* absterruisse, ut habitationem precariò concedi posse admitteret, quàm precarii ad nutum concedentis revocabilita-
8 tem. At verò † quamvis precarium tempus aliquod aut modum non habeat. *l. 1. pr. ff. d. Precar.* Quia tamen beneficio nos juvari, non decipi oportet: *l. 15. §. 3. Commod. Panormit. in c. ult. x. d. Precariis.* ideò arbitrium illud revocandi *civiliter* accipi debet, ut quàm fieri possit, cum damno utentis non revocetur: *arg. l. 17. §. 3.*
9 *ff. commod.* † adeoque illud, quod ad negotium contractum non pertinet, ad beneficii causam nihilominus referri queat: *Covarruv. L. 3. resol. cap. XV. n. 16. Bacchov. Vol. 1. in Tr. D. XXIV. th. 5.*
10 *p. 925. Köppen. Lib. II. Obs. XI. Hillig. L. XIV. c. 34. lit. c.* cùm † nec
11 habitare videatur, qui unâ vel alterâ horâ inhabitat. Potius † igitur

tur est, ut dicamus *Pomponium in d.* §. (quod nec ipse *Faber* impugnat,) non negare, habitationem quæ servitus est, precariò concedi posse & exinde Interdictum dari, si eam precariò concedi expressum sit; verùm *in dubio* solùm negare, quòd precarium intelligatur: cùm † in *Hospitibus* nil sit negotii, aut ad preces 12
eorum quid concedatur; in *aliis* vero gratuitam habitationem separatim accipientibus, potiùs *commodatum* esse præsumendum sit: Quinimò † etiam admissâ *Fabri* expositione, textus idem con- 13
trà nos nil quicquam efficit. Prout † nec explicationi nostræ ad- 14
versatur, si quis objiciat, *faciliùs* esse, *ut quid precariò concedatur*, utpote quod in jure consistat, *l.* 15 §. 2. *ff. d. precar. l.* 2. § *f. l.* 3. *eod.* & quod ante concessionem sui non est, atque post revocationem sui non erit amplius. Nam † & hoc posterius de Commodato eo- 15
dem modô dicetur: & ex priori nil sequitur, cùm etiam ea, quæ in jure consistunt, commodari queant. Num ergò † non potiùs 16
civile, quàm innominatum & *incertum* antehàc contrahendi genus elegisse Partes dicendæ sunt? nisi aliud probetur.

VI. Neque † verò necessarium est, ut ad *l.* 32 *ff. d. Donat.* 1
provocemus, ad quam sibi respondendum esse *Antonius Faber d. l. err.* 8. autumavit: eò quòd non tantùm in textu ipso haberetur: *idque te ex voluntate meâ facere*; sed etiam rubr. conceptam legamus: *de usu domûs precariò concessâ.* Quô argumento † idem Au- 2
thor in II. *Conjecturar. XIX.* tantoperè motus erat, ut ad validiùs inde arguendum precarium, in textu quid immutaverit. h. m. *Hospitio illo, quamdiu voluerim*, pro: *quamdiu volueris.* Jam verò † *in* 3
Errorib. Pragm. hanc emendationem retractat: non de precario, sed de *donatione* (& quidem per remissionem mercedis, juxta *l.* 9. *pr. eod.* factâ,) ibidem perinde agi existimans; atq; de eâdem *l.* 27. loquitur: tantùm † quòd *Lex* 27. de remuneratoriâ, sed *L* 32. d. 4
simplici donatione, concepta sit. Equidem † *rubricam* non æsti- 5
mo, quæ privati Doctoris est; nec quicquam immuto. Arbitror † autem *in l.* 32. rationem decidendi non in eo quærendam esse, 6
quòd donatio simplex ibidem subsit: nam hæc non magis ab hærede revocari potest; neque etiam † quòd in Habitatione pecu- 7
liare sit: quod tamen ostendi non potest. Sed † eam potiùs in for- 8
mulâ donationis consistere: *idque te ex voluntate meâ facere*, ad-

eoq; in conſtituentis *beneplacito*, quod cum perſonâ ejus finitur. (ut docet *Noalis d. Transmiſſione Caſ.*LXIV.*n.*1.*ſeqq.* Videlicet
9 † mera donatio non tantùm remuneratoriæ, ſed & arbitrariæ, opponitur: quæ cùm ex ſimplici, eâque ex beneplacito donantis pendente, benevolentiâ fiat: hinc favorem explicationis pro donatario non meretur, ſed ſtrictè capienda, & quod in eâdem formulâ habetur, *quamdiu volueris*, ita intelligendum eſt: daß er ohne jemands Eintrag/ ſo er wolle/ der Wohnung ſich gebrauchen könne/ ſed tamen illud ex *voluntate concedentis* faciat.

1 VII. Aliter rem exponunt *Cujacius*, *Bartolus*, *Accurſius*, *Fabro in d.err.*8. improbati, qui tamen † rem non tangit, quando ait: probabilius quid dici poſſe, quod nemo dixerit: Ideò permiſſum eſſe hæredibus donatoris mutare voluntatem, *in l.*32., & permittendum etiam fuiſſe *in l.*27., ſi donatio remuneratoria non fuiſſet: quia ejus rei donatio facta fuerit, cujus dominium in donatarium non transierat. Mercedem tantùm donatam fuiſſe *l.9.d. donat.* adeoque hæredes movere potuiſſe controverſiam ex jure dominii, citans ad hoc *l.9.* §.1. *d. Iure dot.* de quâ jam ante *in Dec.* 45 *err. Pr.3.n.3. &* VIII. *Conj.9.* quòd à *Triboniano* procedat, oſtendere niſus fuerat. (v. ad eam *Decher. l. Diſſ.4.n.35. Amayam II.*
2 *Obſ. c.IV.& al.*) Sed † ex *Fabri* ſententia 1.) ſequeretur, quamlibet donationem, quæ dominii non ſit, revocari poſſe? 2.) In donatione remuneratoriâ eadem ratio foret: quia & in hac dominium apud donantem remaneret. 3.) Quomodo ex dominio repetetur habitatio? an eâdem ratione ex Dominio hæredes proprietarii uſumfructum revocabunt? Aut an 4.) habitatio eſt in concedentis Dominio? 5) Non merces, ſed habitatio donatur, cujus donationis emolumentum in eo conſiſtit, quòd mercedem erogare non debeat donatarius: perinde ac uſufructuario mercedem non donatam, ſed uſumfructum dicimus, quem gratuitò habet. Eſtque longè diverſum, mercedem ad habitationem, & habitationem abſque mercede, alicui donare. Quòd v.6.) Lex 9. planè aliena ſit & favore dotis nitatur, ipſa ſubinnuit. *conf. & Manticam Lib.VII.d.T.& A.C.Tit.*XXIII.*n.*55.*ſeqq.* item *P. Barboſam in*
3 *Rubr. Part.IV.n.*37. *& ſeqq. ſolut. matrim.* Aliàs † enim omninò regula in contrarium eſt, *in l.*2. §.6. *ff. d. Donat. l.*8. *C. d.O. & A.*

Imò

Imò de mandato hæc loca agunt, quô hæredes mandantis, cùm hujus morte expiret, non tenentur: item de re nond. translatâ. Ubinam vero hi termini & non potiùs planè adversi *in l.* 32. reperiuntur? Unicum † superest, ut rationem dubitandi, quæ *in l.* 4
27. *eod.* est, eruamus. Videlicet utcunque *Regu'us* suô tantùm nomine dixisset: *Dono & permitto tibi.* ut hæredes suos obligâsse non censeretur: Tamen Papinianus etiam ultrà vitam donantis (*arg. verbor. non videri donationem sequentis temporis irritam esse,*) ex personâ potiùs donatarii æstimandam donationem censuit: quia
† *non mera fuerit donatio,* sed remuneratoria, quam benignè po- 5
tiùs & ex personâ ejus, qui remunerandus est, qùoad ille viveret, interpretari conveniat. † vid. etiam quæ *in d. l.* 27. *Alciatus* II. 6
Parerg. c. 49. & *Cujacius* XVII. O. XXXIII. commentati sunt.

SECTIO III.
Quinam & quibus Habitationem constituant.

I. POtest autem † Habitationem constituere *Dominus, arg. l.* 13. 1
pr. d. Usufr. Num † etiam qui *pro parte indivisâ* ædium Do- 2
minus est? Ab usufructu rerum aliarum ex *l.* 10. *ff. usufr. quemadm. cav.* argumentari non licet: ut talem pro suâ portione habitationem constituere posse dicamus: neque enim, ùt ususfructus, per divisionem fructuum, partes recipit: ita etiam eas sortitur habitatio; aliter atque si *pro diviso* alicui pars ædium competeret. Hinc quoque † duobus sociis *domum communem* possidentibus, si al- 3
terô absente eam *totam* unus inhabitaverit, absenti ad pensionem pro dimidia non tenetur: eò quòd illam ob jus, quod in eâ habet, inhabitasse censeatur. *Petr. d. Ubald. Tr. de duob. fratribus in P. V. qu IX.* An autem † *nudus proprietarius* eam constituere 4
potest? *v. l.* 72. *ff. d. Usufr. Vasallus* potest utique, consensu Domini, *per trad. Rosenthalii c.* IX *d. Feud. Membr.* 1. *Concl. X.* Et † faci- 5
liùs quidem, quàm *servitutem realem*, cùm hæc perpetua; illa autem personalis sit. *v. l.* 5. & 12. *C. d. Usufr.* Quatenus verò † *ipse ha-* 6
bitator alii habitationem constituere queat, item *usufructuarius* & similes, ex infrà dicendis apparebit. Utique † *Emphyteutam* 7
posse

posse eam constituere *ob l.1.ff. quib. mod. Ususfr. am.* ambigi non debet.

1 II. Vicissim † omni ei constituitur, qui *acquirere* potest,
2 etiamsi *obligari* alii non possit. Ubi † Qu. si quis *sibi & hæredi suo habitare* stipulatus sit, an factum; non vero jus, ratione hæredis, in habitando intelligatur; aliter quàm si *ipsam habitationem* in stipulatum sibi & hæredi deduxisset: item *an hæres ex stipulatu ad habitationem agere possit*, cùm habitatio cum persona extingua-
3 tur: an vero *duæ* sint *habitationes*? Disputat † in simili hanc controversiam *Ferd. Ar. d. Mesa Lib.* III. *Resol. cap.* XLVII. XLVIII. quem refert & examinat *Jac. Brandmyller Manud. ad Jus Canon. p.712. seqq.* eundem verò refellit *Dn. Strauchius Diss.* VII. *th.42. & Exerc. V. ad Decis. Just. c.3.* ubi *n* 80. in hærede novum planè jus
4 esse arbitratur. *Uxori* † haud dubiè *cum marito* habitare licet: ceu quarumlibet rerum vel *usu* etiam relictô, eum cum marito
6 communem habet. *l. cæterarum. ff. d. Us. & Habitat.* imò † Uxor *invita* habitationem mariti ejusque *domicilium* sequitur: *Carp-*
7 *zov. d. Process. Tit.3 art.1.n.52.* indeque † *ratione bonorum* suorum *in alio loco*, ùt Originis, *pro forensi* habetur. *Peckius Lib.* IV. *d. Testam. Conjug. & Surdus Decis.* CCCXXX. Et si † vel maximè promiserit maritus, *se habitationem* modernam *mutaturum* non
8 esse; uxor tamen eum sequi tenebitur nihilominùs; saltim † quòd maritus tunc eidem *ad interesse* obligetur: *Rodenburg. d. Jure Con-*
9 *nubior. Tit.*IV. *Part.2.c.2.n.1.2.* nisi † justa eum & prægnans *causa*, quæ semper in ejusmodi pacto excepta esse censetur, urserit.
10 *Gomez. Tom.2. resol. c. X. n.24. Vidua* † quidem domicilio mariti & habitationi ejus rectè *renunciat*. *Perez. ad Tit. C. d incol. n.* XI.
11 Num verò † *mulier* etiam *cum viro* habitare poterit, si ei hac lege habitatio relicta sit: *cùm à Viro divertisset*? Omninò: Nam illa conditio remittitur. *l.8. ff. §.1. d. Us. & Habit.* Potest & *socer cum nuru* suâ habitare. *l. cæterum. l.2. l. non aliter. ff. eod.* Cùmque † virgo vel vidua, si ei usus ædium relictus sit, etiam *posteà nubens*, cum
12 viro domô uti queat. *l.4. ff. eod.* (nisi † expressè *ad statum* ejus, *quamdiu vidua erit*, jus illud, quod fieri potest, restringatur: sicque ad personæ conditionē potiùs, quàm ad rem, quæ relinque-
13 batur, testator respexerit.) Ideò illud † quoque in Habitatione multò

multò magis admittetur: & aliàs † etiam *quos masculi*, qui *usum* 14
habent, *recipere*, eosdem quoque *mulieres*, & sic ergò *etiam habitura* possunt *l.6.ff.eod.*

III. De *Filio* † si ei quid legatum sit, censetur quidem Patris contemplatione eidem id relictum esse:(*Mantica de Conject. ult. vol. Lib.* VIII. *Tit.* XVI. *n.*4. Unde † licèt filio relictus 2
ususfructus, mortuô Patre, in filio adhuc duret. *l.ult. C.d. Usufr. ubi Giphanius.* Non obstante *l. cum oportet. C. d. bonis matern.* (Est enim *d.l.fin.* aliqua ex Decis.) Tamen post filium pater adhuc uti frui potest. eâd. *l.fin.*) Sed † num eadem contemplatio 3
circà Habitationem relictam obtineat, non adeò liquet: Utut
† enim indubium sit, quamdiu filius superstes est, quòd *eô absente* 4
Pater in ædibus habitare possit, *arg.l.*17.*ff. d.Vs.& Habit.* nihilominùs † de eo non solùm dubitare licet: num & mortuô Filio 5
Usuariô Pater adhuc *Usum* ædium sibi vindicare queat? Siquidem usus ad necessitatẽ filii, nec contemplatione Patris relictus est, & sub juribus ususfructus non per omnia continetur; verùm † mul- 6
tò magis de *Habitatione*: an si hæc ipsa Filio relicta sit, possit habitare post ipsum Pater ejus: Sicuti † de *usufructu in l. ult. C. d.* 7
Vsufr. constitutum est: atque per *servum* acquisitus ususfructus in persona Domini subsistit. *l.* 15. *& d.l.f.C.eod.* Verius † esse ar- 8
bitror, Habitationem *cum filio intercidere*: neque enim † ita in ju- 9
re consistit habitatio, ùt ususfructus, sed in facto: & quod † *in l.*1. 10
pr. & §.7.ff. quando dies leg. ususfr. dicitur, quòd *ususfructus in facto* percipientis non minùs consistat, illud de initio constituendi 11
intelligendum est, quòd tunc demum ususfructus constituatur, quando quis uti frui possit. *v. d. l.*1.*§.*2 Faciunt ea, † quæ jam in 12
simili de usu diximus: hactenus enim eorundem par est ratio.

IV. Illud † interim certum est, si usus ei constitutus sit, qui 1
parvam habet *familiam*, quòd ille, eâdem *auctâ*, non extinguatur. *arg. c.*22.*x.d.privil. & excess. Prælat. l.f. C. quæ res pign.* † quod 2
etiam in specie de *habitando* asseritur. *l.65.ff. d.Leg.* 2. *Everhard. cons.*235.*n.*15. Et sanè † familia nomen *universitatis* est, seu colle- 3
ctivum, quod hîc per *l* 76.*ff. d. Iudic.* expendit *Paul. Busius ad l.*15. *ff.d.Vsur.* Non obstante, † 1.) quòd ita secuturum sit, usum quo- 4
que partitionem recipere. 2.) fieri possit, ut si nil emolumenti in

ædibus superſit, uſus in uſumfructum degeneret. 3.) emolumen-
5 ta uſuarius aliis h. m. concedere videatur. Ad quæ † reſpondet *Jacob. Brandmyllerus in Manud. ad Jus Can. Theorem. Uſus conſti-*
6 *tutus. p.* 703. Proinde † idem de habitatione rectiùs aſſeritur, ut familia non faciat alios; ſed eosdem in eâdem familiâ numerô multiplicet, inque conceſſione habitationis tacitè augmentum
7 familiæ contineatur. An autem † idem reſpondendum eſt, ſi certæ familiæ *Albergaria* die Atzung conſtituta fuerit. quæ, cùm pactum fieret, in decem ferè perſonis conſtiterat: ut creſcente familia, ubi jam longè gravius inde onus emergeret, toti familiæ adhuc ea debeatur. Negat illud *Köppenius Dec.* XVII. Neque minùs
8 † dubium eſt, quinam *familiæ* ſeu cohabitantium nomine veniant? ità ſi v.c. immunes ſint Monachi à functionibus publicis, an tunc etiam *Operarii* eorundem, qui extrà monaſterium conſiſtentes, *quotidiè* tamen, ſive operam præſtent ſive non, *certam mercedem* accipiunt, pro cohabitantibus habendi ſint, eleganter
9 quæritur? Videtur, † quòd non, quia extrà monaſterium ſunt, nec in eâdem domo conſiſtunt. *v. Bartol. in l. qui concubinam. §. uxori. ff. d. Legat.* 3. *conſ. & l. Titia. §. Titia. n.* 63. *d. Leg.* 2. Imò ne
10 quidem † ad cohabitationem ſufficit, ſi quæ perſonæ ſub eôdem tecto & clavi commorentur, niſi etiam ad eundem cibum & potum ſeu ad convictum inibi conſiſtant. *v. plures apud P. Surdum*
11 *Tr. d. Aliment. Tit. IV. qu. V. n.* 6. Sed tamen † contrarium verius eſt, cùm merces illa detur iisdem als Koſtgeld / cumque illi operas ſuas aliis intereà addicere non poſſint, nomine der gebrödten Diener / cenſeantur, per quos Dominus, longè aliter ac per colonos,
12 culturam agrorum ſuorum expediat; hactenus * igitur ille omninò cohabitare, inque familia cujusdam rectè morari dicitur, qui victum ſuum ex domo ejus recipit; *l. ſi uni. ff. Locati. Berret. conſ.*
13 150. & * quin etiam tales in domô eâdem re ipſâ degere poſſint,
14 nil impedit: neque enim * in *Aulis* quoque Principi ſuo eò minùs cohabitare dicuntur illi miniſtri, denen man jhr täglich Koſtgeld verhandreicht.

1 V. Porrò * uti uſuarius, ſi ei *inutilis uſus* futurus eſſet, veluti *in ſpatioſâ* & amplâ *domo*, alium quoque recipere poteſt. *l.* 22. *& l.* 2. *&* 4. *ff. d. Uſ. & Habit.* & multò citiùs *hoſpitem*, imò *inquilinum*.

num.l.4.pr.eod. modò simul ipse inhabitet.§.2.*Inst.h.t.& l.2.*§.1.
*l.*3.4.§.1 *l.*5.6.*seqq.ff.eod.*ita etiam poterit *habitator*:ut tamen † *ho-* 2
nesti recipiantur: *l* 7.*ff.h.*ne & ipse,contrà quàm intendit consti-
tuens,jacturam existimationis patiatur. *v. Mornacium ad l.*4.§.
Lenocinium. d. his qui not. inf. Schneidevvin. ad §.2. *Inst.d. Us.&*
*Hab.n.*12.*& Cæpollam c.V.d.Servit.Urb.n.*5.Præcipuè verò † mu- 3
lier habitatrix id attendere debet: quanquam si aliter faciat,non
ob hoc usum,& ita nec habitationem,protinus amittat: ùt rectè
*Fulgosius ap.Gothofr.n.*21.*ad d.l.*7.*ff.h.* Omnia † videlicet ex in- 4
tentione & dignitate ac persona ejus, qui habitationem consti-
tuit,æstimanda sunt: Unde † in simili, quamvis *Studiosus* cœna- 5
culi conductor, quoad tempus superfluum,alii *vicariam commo-*
rationem tribuere possit; rixoso tamen vel gravi cum id non face-
re posse, notat *Barbosa ad l.6.C.Locati.n.*3.

VI. Aliquando † solùm *ad certum tempus* alicui legatur 1
habitatio,ut post illud alii debeatur. Ita verò † si *ante diei adven-* 2
tum primus moritur, an tunc habitatio ad ejus hæredes tantisper
transeat, an ad secundum habitatorem statim devolvatur, du-
bitari potest? Quamvis † autem pro hæredibus primi facere cen- 3
seatur *arg.l.*46.*ff.ad SC.Trebell.l.*36.§.1.*ff.d.cond.& demonstr.*Ut
tamen pro *altero* respondeamus *l.*62.§.1.*ad SC.Trebell.*jubet. Ne-
que † enim habitatio ulla ad hæredes transit, ut alia in dd. txx. 4
subsit ratio: & nec consolidari h.c.cum proprietate potest:quo-
niam non proprietario sed Legatariis solùm prospectum esse
Testator voluit. Unde † si mulieri quamdiu vidua fuerit,& post 5
mortem ejus Titiò,vel etiam si nubat,habitatio relicta fuerit:sta-
tim atque nubat, habitationem ad Titium pertinere dicendum
est.*per trad.P.Castrens.ad l.*10.*à filiâ.ff.eod.tit.*

VII. Sed & † habitatio quandoque aliquibus *conjunctim* 1
relinquitur:quô casu cum habitatio hactenus *dividua* sit, inque
eô usumfructum imitetur: unô vel alterô deficiente,*accretio* ob-
tinebit: *l.*34.*pr.ff.d.us.& usufr.leg.* † per quam etiam is iterum ad- 2
mittetur in portionem postmodum deficientis,qui *jam ante* por-
tionem suam *amiserat* : *l.*10.*ff.d.usufr.accr.& l.*33.§.1.*ff.d.usufr.*
Deinde † sæpiùs relinquitur alicui Habitatio, *ut cum quodam* 3
habitet. Ita legaverit v.c.Testator cuidam habitationem,ut is *cum*

matre Testatoris seniò confectâ moretur: eô casu mortuâ matre Le-
4 gatum expirabit. Idemque † dices *mortuo filio valetudinario*, cum
quo ut habitaret Legatarius habitator, Testator voluerat. *Rui-*
5 *nus Lib.*II.*cons.*46.*n.*4. Licèt † *mater* Legataria fuerit, & imò in
viduitate permanserit. *v.l.*62 §.*ult. ff. d.condit.& dem.* Regulari-
6 ter † autem si *matri* ut cum liberis habitaret, Testator habitatio-
nem legasset: *liberorum intuitu*, legata censetur, si liberi *impuberes*
7 aut *infantes* sint: quanquam † unô eorum mortuo, habitatio pro
parte non minuatur, ùt vult *Sim. d. Pratis L.*IV. *d.Interpr.ult.vol.*
*Dubit.*8.*n.*59. Sed tum demum si omnes fuerint mortui, eò quòd
8 habitatio individua sit. Id quod † & tunc obtinet, si liberorum
contemplatio unicè habita fuisset. *per l. Sejo. ff. d. annuis legat.*
9 Quid tamen * si eò usq; illis cohabitet mater, *donec ad pubertatem*
pervenerint? Impletam conditionem esse censet *Peregrinus Lib.*
II.*cons.*38.*n.*12. Indeque postmodum adhuc eam habitare posse.
10 Neque * tamen alere porrò eos tenetur, nisi simpliciter præce-
pisset Testator penes eam *Liberos*, (absque ætatis mentione,)
educari: Nam ita etiam post pubertatem, si habitare velit, illis ad
11 alimenta obstringetur. *l.ult.ff.d.adimend.Legat.* Quô etiam † ca-
su posteriori, si liberorum simpliciter mentionem fecisset, *Rui-*
nus ex l. sed si hoc.§.cùm vir uxori. ff. d. cond. & demonstr. putat
Testatorem *Legatum matris*, non liberorum contemplatione,
fecisse censeri: quod quidem ex d.tx. non sequi rectiùs ostendit
12 *Ferd. Ar. d. Mesa Lib.*II.*c.*VI *resol.n.*6.*seqq.* Sic enim † si habita-
tio relicta fuerit ad hoc, *ut quis aliquem reciperet & educaret:*
tunc hoc ipsô mortuô nihilominus habitatio Legatario adhuc
debebitur, si modò hæc persona aliàs quoque dilecta fuerit, ùt
uxor, cui non simpliciter *ratione oneris injuncti* Legatum consti-
tutum esse putatur, *l.*28.§. *Titius.ff.d.liberat.Legat.l.*50.§.*ult.ff.d.*
*Legat.*1. *Barry Lib.*XVII.*d.success.Tit.*XIX.*n.*2.& *Dec.cons.*602.
*n.*6. ubi, quòd multò magis defunctis liberis ejusmodi persona
habitatione fruitura sit, si eam viventibus illis obtentura erat.
13 Citrà dubium † utiq; si Testator *& matrem & Liberos respexisset,*
uno mortuô legatum aliàs quoque integrum deberetur. *l.si non.*
*ff.d. hered.instit. Jos. Mascardus concl.*1286.*d. Probat.n.*75. secus
14 si † mortui favor adh. præponderaret. (Non obstante *l.*29.§.*Uxo-*
*ri.d.Legat.*3.)

VIII.

VIII. In extraneo † idem dicemus, ut si ipsi legetur habitatio, vel etiam fundus, *si cum liberis habitaverit*, his posteà mortuis, quàm cum illis commoratus fuerat, adhuc ei Legatum debeatur: *l.18. §. ab hæredibus. ff. d. alim. legat. l.72. ff. d. condit & demonstr.* quamvis ita non duret implementum. *l. si quis hæredem. C. d. Instit. & Substit. l. cùm Vxori. C. quando dies legat.* Una siquidem † hujus Legati est præstatio: ut secùs foret, si *in pluribus præstationibus* illud consisteret: Nàm ita † successiva habitandi conditio impleta non censeretur, per hoc quòd inchoata esset. *conf. l.29. §. uxori. d. Legat.3. l. Sejo. d. ann. Legat. l.13. eod.* Nisi quòd † etiam in Legato *alimentorum* exceptio quædam deprehendatur: in quo licèt is, cum quo Legatarius habitare tenebatur, decesserit; tamen hic etiam imposterum, modò conditionem inchoasset, habitare adhuc non prohiberetur. *l.20. §. ult. ff. d. aliment. legat.* Sed si † ita legata esset habitatio, *ut cum aliquo habitaret*, ita regulariter utrique habitatio principaliter relicta erit. *l.40. ff. d. us. & usufr. leg. & l.36. §.2. d. Leg.1.* Quid † verò si planè cum eo habitare non posset, ita non expirat Legatum, cùm de possibili capiatur; mortuô vero altero cum eo habitare non liceat; *v. l.8. § quomodo. ff. d. Condit. Instit.* præterquam si huic tantùm Testator consulere voluisset: ita enim Legatum extinguitur; *l. Sejo. ff. d. ann. legat. Vasquius Lib.3. contr. c.* XCIII. *n.27. Gail.2. O.*144. aliter † si *causa* legandi favorem Legatarii respiciat, veluti in hac formula: *quamdiu ille vixerit. l.13. ff. d. annuis Legat. Franchis Decis* LVIII. *n.3.4.*

1 2 3 4 5 6 7

IX. Quid † si *cum onere alendi aliquem* habitatio cuidam relinquatur, *banniatur* autem alimentarius, an ita habitatio finietur? Sanè † alimenta huic debita in confiscationem non veniunt, *l. is cui. ff. d. aliment. legat. Farinac. Pr. Crim. qu. XXV. n.145.* Interim † an ei adhuc alimenta debeantur, ambiguum est. Et quamvis † à matre etiam bannitus alendus esse censeatur. *v. Menochius* II. *Arb. QQ. cas.460. n.4.* Verius † tamen est, si extraneus ei alimenta, puta ex conventione, porrigere teneatur, quòd debitum hoc expiret, cùm talem fas sit occidere. *Surdus Tit.* VIII. *d. Aliment. Priv.* LIX. *n.21.* secùs † atque in deportato obtinet, & his qui in metallum damnantur; *l.11. ff. d. aliment. leg. l. mutus. §. manente. ff. d. Iur. dot.* nisi † quòd etiam ne mater quidem ex facto suo

1 2 3 4 5 6 7

velut agnitione Legati habitationis,ad alimenta filio suo à Patre
8 relicta d.c.teneatur: eò quòd † extrà domum, ut porrigerentur
ea alimenta, Legato non contineatur.*l.4.§.ult.ff.d.aliment.legat.*
9 Aliàs † favore Legatarii habitatio relicta non censetur, quando
per modum oneris,& verbis *necessitatem* præ se ferentibus,legata
sit, daß er bey jhm wohnen solle: *Surdus d. Tr. Tit.V. Qu.IV.* aut
10 † quòd negotiorum alterius curandi causâ cum ipso habitare de-
beat: quô casu moriente hoc ipso,habitatio Legatario ampliùs
non debebitur.*l.29.§.uxori.ff.de Legat.3.junct.l.Sejo.d.ann.legat.*
Peregrin.Lib.II.consil.38.n.13. An † autem Testator hæredem su-
um gravare possit,ut is *in certo loco* habitet? *v.Novar.Decis.CXXX.*

1 X. *Civitati* † usus fructus, sed idem *Fisco* acquiri non pot-
2 est. *Coll. Argent. Tit. d. Usufr.th.*17. Quid † de *habitatione*, an illa
acquiri poterit *Reipublicæ*? ita statuit JC. in *l.34.pr. ff. d.Us.&*
Usufr.legat. Ubi cùm pluribus habitationem reliquisset Testa-
tor,ut post mortem eorum ad Rempubl.v.c.Arelatensium perti-
neret,non ante reipubl. portiones finitæ debentur,quàm postre-
mus habitatorum mortuus sit,cujus fideicommissum esse cense-
3 tur;non hæredis. Ex quo textu † simul constat,quòd *pluribus* ea
servitus constitui queat: cujus rei etiam exemplum est *in l.33.§.2.*
eod. Ubi,Libertos meos, ait Testator, senes & infirmos peto in
locis,in quibus nunc agunt,senescere patiamini,ut ibi degant,ha-
4 bitent.Quid † si cùm plures haberet Libertos Testator,& in Te-
stamento dicat: se habitationem relinquere *iis, quos Codicillis de-*
signâsset,nullos autem posteà in Codicillis nominaverit? Ita vero
non admittentur indefinitè omnes,sed nullus. *per l.18.ff.d.Us.&*
5 *Usufr.leg.* Nil officiente † *l.77 §.ult.ff. d.Leg.2.l.8.C.d.Instit.&*
substit. Nam ibi persona certa fuerat,fines solùm incerti. Nil et-
6 iam † *l.17.§.un.d.Leg.2.l.21.§.1.d.Statulib.* Quibus *Cujacius ad*
d.l.18. distinguendô respondet:utrum culpa consideretur respe-
ctu Testatoris ipsius,qui quod cœpit,non perfecit,dum pollici-
tationem suam non adimplevit: eo casu Legatum imperfectum
esse:ùt *in d.l.18.* An verò culpa seu dolus potiùs consideretur re-
spectu hæredis,dum neminem eligit,ne quid debeat:ita verò do-
lum ejusmodi eidem patrocinari,& per eundem fieri ut Legatum
non debeatur,rationem non admittere.

XI. *In hæredes* † non transit Habitatio, etiamsi ea *in singulos annos* relicta sit. Utcunque enim † illa debeatur, atque dies ejus cedat, initio cujuslibet anni; *l. habitationis. ff. d. Vs. & Usufr. leg.* si tamen † Legatarius post annum cœptum decedat, ad hæredes ejus non transmittitur: siquidem *ususfructus* quoque in annos singulos constitutus morte extinguitur. *per l. sicut in annos. pr. Quib. mod. Usufr. tollit. Noalis d. Transmiss. cas. LXVI. n. 2.* Similiter † *Feudum habitationis*, licèt ex personâ concedentis, hæredem obliget, ad hæredes tamen accipientis non transit: nisi etiam jus habitandi *cum proprietate* concessum (v. §. 3. Section II.) vel aliud *specialiter* actum sit. *Rosenthal. c. II. concl. LXVII. d. Feud.* Circà quod † hoc etiam observandum est, quòd sicut aliàs *Usumfructum in Feudo*, quod Filio constitutum est, Pater non percipit: ùt rectè *Vultejus Lib. I. d. Feud. c. IV. n. 8.* quamvis cum al. dissentiat *Bachovius Vol. 1. ad Tr. Disp. XVI th. 2. lit. 6.* quòd † multò minùs, si in habitatione feudum constitutum fuerit, Pater ab habitando filium excludere possit, sed eidem vel solam relinquere habitationem obstrictus esse videatur. Denique † si conditionem habitatoris respicias, qui alimentorum nomine ex testamento, contractu vel delicto habitationem ab aliquo potest exigere: tunc eandem rectè etiam, ùt & reliqua alimenta poscet, qui dives est, aut artificiô suô vivere, seque exhibere potest. *Reusnerus Lib. IV. Consult. Qu. 2. n. 54.*

SECTIO IV.
De Objecto Habitationis, & quænam inhabitemus.

I. DOmum † verò inhabitamus, quam *è Græco* dici putant, 1
nam Græcis *δῶμα* tectum est. Aliquando † notat ipsam 2
habitationem & *domicilium. l. 1. §. 2. d. aleator. l. 8. ff. ad L. Jul. d. adult. l. 22. §. 2. ibid.* Et † ab hospitio distinguitur, adeò ut qui ad 3
domum citari debet, non rectè citetur ad hospitium *v. l. 4. §. Prætor. ff. d. damn. infect.* Et tamen † Domini etiam habitationes suas 4
hospitii nomine aliquando designant. *v. l. 6. C. quod cum eo qui.* imò hospitium quoque est aliqu. *in quo constanter habitamus. v. l. 1 §. 2.*

d. agnosc.

5 *d. agnosc liber. Domesticus* autem † latiùs divagatur & quandoque pro civili, interdum etiam pro familiari ponitur. *v. Flor.* III. 22.
6 9. & II, 17. 17. *Ædium* † nomen latius est, quia eo nomine omnis generis ædificia continentur. *l. qui ædes. ff. d. incend. ruin. & naufrag* ùt torcularia, tentoria pannorum. *Cæpolla. c. 44. d. servit. rust. præd. n* 9. licèt nullo tecto contineantur, aut ad habitandum destinata non sint. *conf. Rebhan. sel. Quæst. Justin. Dec. VI Qu. X. p. 43.*
7 Sed † eam distinctionem non omninò probat *Bertazolius Tract. d. Claus. Inst. Claus.* XIX. *gl. 3. n. 3.* Et † *Alciatus* nos promiscuè
8 ædium & domus appellatione uti notat. *Ædificium* † utique latiùs quàm domus patet; sed *ædes* tantùm illud designant, quod est inhabitabile, ut nec Deorum ædes aliter dicatur, quàm quòd eam
9 Dii quasi inhabitent. Porrigitur † quoque ad habitationes *rusticas, l. 180. d. V. sign. l. 41. §. sed. d. Leg.* 1. utut rustica prædia villæ ma-
10 gis appellentur. *l. 221. ff. d. V. S.* Et inhabitamus † ergò villas etiam: *l. 5. §. 3. ff. d. injur. l. 1. §. 2. ff. d. agnosc. & al. lib.* Sicque *ruri* seu *in agro*
11 *l. 239. §. 3 d. V. S.* imò † in *hortis* habitamus, *d. l. 5. & l. 1.* ut *omnibus locis* constitui possit habitatio. *l. 13. C. d. Usufr. & Habit.* Ubi † &
12 hoc ex *Singular.* CCXXXVIII. *Hippol. d. Marsil.* notandum est, si mentio fiat habitantium *in Provincia,* quòd tunc eô nomine non comprehendantur hi, qui habitant *in confinibus*:

1 §. II. † Quemadmodum verò quis *sine domicilio* esse potest: ita etiam quis habitare dicitur, licèt domicilium non habeat. *l. 5. §. 4. ff. d. injur.* modò non inhabitet momenti causâ. Equidem
2 † Romæ si quis habitaturus erat vel alibi, etiam studiorum causâ, eum habitationem, si in Provinciâ domicilium haberet, impetrare à Principe oportebat. *l. 18. ff. d. Judic. v. Gothofr. ad l. 36. ff. ad*
3 *Municip. Ravard. in l. 123. d. Reg. Jur.* Sed & † *in duobus locis* quis domicilium habere potest. *l. 27. §. 2. ad Municip. Meryll.* I. *Obs.* XXXIII. idque ùt habitationis dicitur domicilium, quod aliàs etiam magis quàm domicilium originis respicimus. *Carpzov. Lib.*
4 II. *Resp. El. p. 21. seqq. & Lib.* VI. *p. 40: item P.* I. *Decis.* 1. imò † Nobiles quandoque pro diversis anni temporibus quatuor habere solent domicilia. *Tiraquell. d. Nobil. c.* XXXVII. *n. 131. Obrecht. Lib.* III. *de Jurisd. c. XI. n. 24. Coler. Part.* II. *Proc. Exec. c. I. n. 38. &*
5 *Jo. Brunnemannus ad l. 2. C. ubi Senator. vel Clariss.* Nobis † hîc

non

non aliter domicilium consideratur, quàm ùt *objectum* habitationis constituit: quâ ratione quando Lex Cornelia ei actionem injuriarum dat, cujus domus vi introita est. *l. 5. ff. d. injur.* non quidem proprietatem domus unicè intelligit, sed domicilium, etiamsi quis *gratis* habitet, seu *hospitio* receptus sit. *d. l. §. 2.*

III. Sunt † Habitationes in Jure variæ. Et quidem *Prætoria* erant, quæ Præsides & Prætores inhabitare soliti sunt. *Pancироll. Lib. II. var. c. 19. Brisson. Lib. XIV. d. V. S. p. 528.* Alio significatu, † quàm quo Prætoria indistinctè à præeundo dicimus, unde & *prætoria in villis* erant, quæ inhabitabat paterfamiliàs rusticus, qui familiæ rusticæ præcipiendo præibat, operas dispensabat: quæ quidem habitationes æmulæ etiam fuerant ædificii urbani. *Gœddeus in l. 198. d. V. sign. n. 5.* *Insulam* quoque † inhabitatam legimus, quô nomine venit ædificium proprio ambitu constans, plerunque junctum domui principali, *l. 3. §. 2. ff. d. Offic. Præf. Vigil.* ejusque custos Insularius appellabatur. Sed & † *in Hortis* habitabant veteres: *l. 5. §. 3. ff. d. injur.* unde qui in hortis est, nō abest; *l. 5. ff. d. Procurat.* sive ædificia inibi unicè posita essent, sive etiam juxta domicilium, in hortis ei proximis, ædificia voluptuaria, seu cœnacula, haberent, quæ *Diætæ* appellantur, in quibus ad umbram cœnabant. *Cujac. ad l. ult. pr. d. S. P. Urb.* Fit † mentio diætarum in *l. 13. d. usufr. l. 66. ff. d. Jur. dot. ubi Gothofr. n. 58.* & Legati earundem *in l. 41. §. 1. d. Legat. 3. l. 34. ff. d. Us. & Usufr. leg.*, ut habitarentur, seu ut Legatarius in eis vitam degeret: ἐκ διαιτάομαι enim, *Vivo*, nomen sortitæ sunt. *Goth. ad l. 55. §. 3. ff. d. Legat. 3. n. 92.* Adhibe etiam *Barnab. Brissonium* III. *Select. c.* XIII. *ad l. 43. d. Leg. 1.*

1 2 3 4 5

IV. Relinquitur † interdum *domûs integra* habitatio, quamvis *spatiosa* sit, ut jam hàc, jam illâ parte habitator uti possit, vel alios recipere, iisve eâ locare. *conf. l. 22. §. 1. ff. d. Us. & Habit.* Sed † aliquando solùm *principales ædium partes* cuidam Testator deputat, τὰς αὐθεντικὰς οἰκήσεις, die fürnehmste Gemächer. *Cunr. Rittershusius ad Novell. pag. 716. n. 11.* Econtrà † *pluribus unum* quandoque *cœnaculum* contingit, quod indivisim, vel etiam pro diviso inhabitent. *l. 1. § 10. ff. d. his qui effud. vel dej. & l. 5. pr. eod.* Nam † & conclave solùm, & cubiculum, cellula, turris, exedra, hospitiolum, horreum, apotheca ad habitandum concedi potest. *v. d. l. 5.*

1 2 3 4

5 *§.1.2.*junct.*Wiesenbach.in Digest.ad eund.Tit.* Quæritur † autem: an si *Cameræ* habitationem cuidam relinquat Testator, ejus appellatione etiam *musæi Cameræ adhærentis* habitatio contineatur?
6 Eadem † est quæstionis decidendæ ratio: an Legatum de *rebus, quæ in Camera sunt*, scriptum, ad eas quoque porrigatur, quæ in
7 Musæo reperiuntur? Quamvis † autem juxta *Alexandr.in L.II. cons.*224. Legatis ædibus apotheca quoque veniat, ad quam per
8 ædes fit aditus, si eâdem contignatione jungantur: Tamen † exhinc nil ad nostram speciem infertur, ut *Paul. Parisio Lib.* II. *cons.*80. meritò negativa placuerit, eò quòd diversus Cameræ & bibliothecæ seu armarii, item Musæi, usus, & diversa utrinq; destinatio sit.

1 V. Quòd si † *domûs* eam *partem, in quâ morari consueverat*, Testator ad inhabitandum legasset, totam verò domum in usu habuisset, quæsitum est: an ubi dormire consuevit, Legatarium habitare velit, an verò in eâ parte, in quâ morari cum familiâ solitus est? Posterius asseritur *l.33.pr.ff.d.Legat.3.* nisi etiam omni parte ædium, tempore testamenti, aut mortis, familia uti consue-
2 visset. Cæterùm † *ex aditu* ædium, quidnam ad illas pertineat, æstimamus. Unde conjicitur, si *conclave* quoddam, quod *suprà concamerationem* ædium est, quarum habitatio legata fuit, in usum ædium alterarum vicinarum Testator convertisset, quòd tunc ejus conclavis habitatio non debeatur. *arg.l.31.ff.d.Leg.3.&*
3 *l.47.ff.d.damn.inf. Ostium* † haud dubiè domûs appellatione continetur, unà cum circuitu. *l.si aquaductum.ff.d.contr.emt.* Nam
4 † aliàs quoque statutum, quod aliquem punit, qui in domo suâ quem offenderit, ad ostium & affixa domo pertinet. *Bartol.in l.1.*
5 *§.h.interdictum.ff.d.Cloac.* Et † quod in Ecclesia fieri non potest, in porticibus quoque & 40. circà eam passibus fieri non debet *c.si antiquitus.c.si quis in atrio.*XVII.*qu.4.c.nulla.*XII.*q.1.l.cætera.§.hoc Senatus C.ff.d.Leg.1.Bajardus ad Clar.in §.fin.qu.*82.*n.*111. cùm
6 † quod propè domum est, etiam in domo esse censeatur. *arg.l.*
7 *præsente.§.si quid.in f.C.d.his qui ad Eccl.confug.* Quanquam * verò in favorabilibus ita se res habeat; *in odiosis* tamen & pœnalibus secus est: adeò ut si in domo peccans quis puniendus sit, non ejusdem peccati reus esse videatur, qui in porticu quid admiserit, aut in sca-

in ſcalis exterioribus. *Capolla c. XLIV. d. S. V. P.* ſed potiùs extraordinariam pœnam ſubeat. *Maſtrill.* I. *Dec.* XXII. *& Franchiſ. Dec.* CCCCII. Secus * ſi v. c. ne ad domum inſultus fieret, interdictum ſit. 8

II. Interim * *per quæ aditus ad domum* fieri ſolet, quôque 1
inhabitator habitandi cauſa *uſus* eſt, illud habitationis legatæ nomine continebitur. An autem * ſi de *parte diviſâ* domûs agatur, 2
illa etiam de furno neceſſario, de ſtabulo aut horto contiguo, per quem habetur aditus, intellecta videatur, eſt *ap. Cavalcanum P.* II. *Deciſ.* VI. *Penus* * quoque & *granarium* domui annexum 3
uti Legato domus veniunt; *l. uxori. d. leg. 3. l. granaria. d. act. emt. fac. l. fin. ff. d. Serv. Urb. Pr.* aliter ſi uſu ab hâc ſeparata & aliis locari ſolita fuerint. *dd. txx.* ita * circà habitationem legatam idem 4
cenſendum eſt. Similiter * *balnea* domûs legatæ pars ſunt, ſi eas 5
publicè Teſtator præbuit, & in uſu tamen ejus quandoque fuerunt: (niſi etiam aliàs ſeparentur,) item * ſi uno pretio comparatæ, ſi conjunctim inſtructæ ſint, ſi intrinſecus per domum adeantur. *v. l. 91. §. 4. 6. ff. d. Legat. 3. ubi de Inſulâ. & Cujac. in Conſultat.* XXXV. *ubi pll. conjectur.* Hinc * & *inſula* domûs appellatione 6 7
continebitur, cui injuncta eſt; ſi uno pretio cum domo comparata fuiſſet, & utriusque penſiones ſimiliter accepto latæ rationibus oſtendantur. *d. l. 91. §. 6. d. Legat.* 3. * Taberna utique per ſe 8
ſub domô non venit: unde *Caſtrenſ. conſ.* XLIII. quem de Taberna extrahi poſſe reſpondet, ſi vel maximè, ne quis de domo ſuâ extraheretur, ſtatutum fuerit. An autem * *domuncula* juncta etiam ſub 9
habitatione domûs contineatur, quam alicubi Buden vocant, (uti J. Lubec apud *Mevium Lib.* III. *p.* 170. *n.* 35.) de eo *v. Conſil. Argent. Vol.* 1. *conſ.* LXXXIII. *Qu.* 4. Non enim * οἰκημάτιον, ſeu 10
parvam domũ, οἰκίδιον, (quod domus vilis eſt,) tuguriolum, gurguſtium intelligo; ædicula verò ne quidem parvam domum notat; ſed modò cellulam in ædibus, modò etiam ſacellum, id eſt, ædis ſacræ appendicem, vel templum parvum: ſiquidem * *ædes* in 11
ſingulari ſemper pro templo accipitur, uti ædem Caſtori, Concordiæ ſacram dicimus. *Apotheca,* * quæ ſubtus domum eſt, ejusdem habitatione conceſſa, uſum quoque Legatarius habebit: 12
Knipſchildus c. V. d. fideicomm. famil. n. 57. Secus * ſi à domo ſeparatâ ſit: 13

rata sit. *Paris.*II. *Cons.*LXXX.*n.*21.*Gratianus Disc.*CXXVI.*n.*12.
14 Utique * in *sepulchris* habitare non licet. *l.*3.§.6.*d sepulchr.viol.*
15 Sed tamen * *ædes Ecclesiasticæ*, seu Parochiales, (quæ iisdem ferè juribus, atque Ecclesiæ gaudent, quibus adstitutæ sunt. *Citadin. d Jur.Patronat.p.*VI.*art.*V.*n.*7. *Reinking.L.*III.*d.R.S.& E.cl.*1. *c.*3.*n.*17.) à Jure Statutario ad habitandum destinatæ sunt. Quæ-
16 nam * verò aliàs sub voce der Wohnung veniant, de eo *v.Zorer.*
17 *P.*II.*qu.*10.*n.*747. Sanè * rustici operas præstare obstricti ad *ædificationem domicilii* seu habitationis deß Rittersitzes/non etiam cogi possunt ad operas horreis, stabulis, und zu dem/was eigent-
18 lich zum Wohnhaus nicht gehörig/ præstandas: ut * nec ad nova habitacula, wann zuvor keine daselbst gestanden/ operas præstare tenetur. *Carpz.*II. *const.*53.*def.*3.6.& 7. Verùm hæc aliò pertinent.
1 VII. De eo * potius h. l. quæritur: Num si nondum consummatæ domûs habitatio cuidam legetur, possit eandem *consummare* Legatarius? Non potest is, cui ejus ususfructus legatus
2 est, uti vult JC. *in l.*61.*ff. d. usufr.* Quid autem * *si aliter locô illô uti non posset?* Wiesenbachius *in P.I.Disp.*XIX.*ad Digest.n.*9. textum istum de loco accipit, qui à proprietario voluptatis causâ cœptus est, vel aliâ de causâ inchoatus, sine quâ adhuc usufructu-
3 arius re uti frui posset. Igitur * si habitare non liceat habitatori,
4 domum ei perficere licere dicendum est. Et * quantum *temporis* architecto statuatur, si sumtibus proprietarii ædes perficiendas voluerit Testator, *v ap. Menoch.Lib.*II. *Arb.jud. Qu Cent.*3.*c.*221.
5 De *Dovaria,* * quandò Proprietarius illustris ex defectu mediorum Castrum pro dotalitio viduæ assignatum reficere non potest, *ap. Abraham. Fabert. ad Consuetud. Lotharing. Tit.* III. §.54. *n.*338. deciditur, quòd illa tunc Castrum aliud ejusdem commoditatis accipere obstricta sit: Elle devra accepter cette offre. *arg.l.*
6 *si quis domum.ff.Locati.& c.un.*II.*F.*VIII. An autem * habitationem genero suo in domo suâ promissam posteà socer *variare*
7 possit. *v. Afflict. Dec.*CXLVI.*p.*197. Quid si domûs * habitatio relinquatur, quæ *particulatim refecta* est, ut ex pristina materiâ nil superfit? Uti tunc si proprietas legata esset, domus ùt nunc est, deberetur. *l.*65.§.2.*d.Leg.*1.& *l.*10.§.1.*quib.mod.usufr.* ita etiam pari ratione de habitatione, quòd ea debeatur, respondendum
est.Sed

est Sed si † domo *planè destructâ*, alia ibi ædificata esset, Legatum, 8
nisi aliud Testatorem sensisse probetur, interibit. Quòd si † ha- 9
bitationem leget, cùm *domum non habeat*? Tamen commoda ali-
qua ab hærede præstanda est. De † *proprietate domûs* magis con- 10
trovertitur, si domum nullam habeat Testator, & tamen in ge-
nere domum uxori suæ v.c. leget, an tunc quid debeatur? Magis
† derisorium videri Legatum ex *l.71.d.Leg.1.l.69.§.generaliter.* 11
*d.l.dot.l.*118.*ff.d.V.O.* colligitur. *conf. Andler in Medull. Justin. ad*
*Tit. Inst.d.Legat.n.*8. *Zasius* † tamen *in Lib. I. respons. sing.c.*1.*n.*42. 12
seq. docet, quòd Legatum generis, etiamsi destinatione hominis
limites acceperit, valeat, quamvis Testator ejus generis species
nullas habuerit, *arg.* §. *generaliter. Inst.d.Legat.l.si servum*, §. *cui ho-*
*mo.ff.d.Leg.*1.*l.Titio.*§.1.*d.aur. & arg.* atque Legatarium eligere.
Neque obstare † *d.l.* quia Testator ibi de certa domo senserit, 13
quamvis de quâ senserit, non expresserit: unde non esse Legatum
generis, atque de alienâ ipsum non præsumi cogitasse; quòd si au-
tem in genere domum legasse, non posse videri legatum deriso-
rium. *arg.l. sub prætextu.C.d.Transact.* Posse † etiam fortè rem 14
certam ex mente Testatoris esse, de quâ mente non appareat; sed
falsa tamen demonstratio Legatum non vitiet. Quanquam † ve- 15
rò à priori sententiâ, per ea quæ habet *Andl. d.l. & Hunnius Re-*
sol. II. ad Tr. VIII. *q.*14 recedendum non sit: *Canonistas* tamen, etsi
Testator nullum fundum, nullasve ædes habuerit, tamen Lega-
tum hujusmodi pro modo facultatum Testatoris & Legatarii
dignitate præstandum esse, statuere, ex *Vinnio* patet, in *Comment.*
ad §.22. *Inst.d.Legat. conf. & Grænevv. ad d.l.*71. ubi nos hoc Ca-
nonistarum jure uti docet, *ac Gomez.* II, *resolut. XI. n.*10. Quid si
† Testator *plures domos* habeat, nec appareat de quâ senserit? 16
Equidem si fundos plures vel maximè habeat Testator, & fun-
dum in genere leget, inutile est Legatum. *l.69.§.4.d.l.dot.arg.*
*l.*115. *pr.d.V.O. Andler. d.l. Fachinaus* XII. *Contr.* XXXVII. *Gædd.*
*ad l.*60.*d.V.S.n.*9. *& Bronchorst.* III. *Antin.*53. Sed † in domo se- 17
cùs est, & quemadmodum si habitationem domûs, quam unam
habebat, Testator legat, *de suâ potiùs* quàm de alienâ sensisse vi-
detur. *arg.d.l.si ita.d.aur. & arg.leg. Zasius.d.c.*1.*n.*46. indeque † hæ- 18
res uxori *pensionem*, quâ domum aliam conducat, exsolvere non

 tenetur.

19 tenetur. Ita † si plures habuit, ejus habitatio relicta esse putatur, quam Testator ipse *in domicilio* habere solitus est: *l. 39. quæ est conditio. §. 1. d. Cond. & demonstr.* uti si *in diversis civitatibus* domos habuerit, sed in unâ solùm habitârit. *Bereus. qu.* CI. *n. 2, 5.* At-
20 que † aliàs quoque domus unicuique nostrûm existimatur, ubi quisque sedes & tabulas habet, suarumq; rerum constitutione facit. *l. 203. d. V. S. ubi Goth. n. 22.* item ubi larem collocavit. *v. l.*
21 *§. 2. d. agnosc. lib. & Goth. ibid. n.* 10. Sed † limitat id quod de Domicilio diximus, *Iason ad l. si domus. n. 6.* si modò *conditio & qua-*
22 *litas uxoris* ejusmodi habitationem desideret. Quid enim † si domus illa sit ampla & splendida, uxor verò sit vidua & cum unâ ancillâ mansura: sunt namq; donationes secundùm conditionem ejus, cui fiunt intelligendæ, & in specie quidem Legata. *l. ple-*
23 *num. §. equiti. d. Usu & Habit.* Ex quo † putat *Iason* posse etiam dare hæredem Uxori non tantùm habitationem (sed imò domum, si de proprietate ageretur, in quô sententia ejus difficiliùs admittitur,) in quoc. loco c[illegible] l. civitatibus aut municipiis velit; dummodô comodè ibi habitatura sit: ut minus gravâsse hæredem intelligatur Testator. *l. unum ex familia. §. si rem. ff. d.*
24 *Leg. 2.* Ego † potiùs sententiam priorem sequar, ut *locus domicilii*
25 *præcisè* attendatur: est † enim sententia Jasonis singularis & contrà *d. l. quæ conditio. §. f. ff. d. cond. & dem.* Imò inconveniens vel maximè futurum esset, si vidua, quæ per totam vitam suam in eô loco habitavit, in alium, quem vellet hæres, locum rejici posset.
26 Si verò † *plures domûs in domicilio* defuncti fuerint, ita electionem hæredi concesserim, in quânam ex his Legatarium habitare
27 velit. *l. si domus. pr. ff. eod.* Quid si † Testator cùm plures domos in uno loco habebat, alicui concedat ultimâ voluntate, daß er in einem Hauß innerhalb der Stadt/es sey gelegen wo es wolle/ seine Wohnung haben möge: an tunc etiam *in suburbio* in der Vorstatt habitare poterit Legatarius, si ibi Testator domum habuerit? Vi-
28 deri † poterat quòd non, per *l. 2. ff. d. V. S. & l. 87. eod.* Interim voluntas Testatoris præferenda est. *l. 7. §. f. ff. d. supell. leg. l. 12. §. f. d. leg. 1. conf Bes. d. Thes. Pract. v.* Allenthalben. *Lit. A. n.* 38.

1 VIII. Sed † an *plures domus*, quas *una clausula ultima claudit*, una habitatio dicuntur? Itâ opinatur *Bartolus in l. qui fugitivus. §.*

vus. §. *apud Lelium. ff. d. adilit. ed.* adeò † ut etiam *Franc. Vivius* 2
Dec. CLXXVI. domô legatâ,& post testamentum aliâ domô priori contiguâ emptâ, hanc Legato cedere velit: si quando hæc ipsa per domum legatam introitum & exitum sortiatur. Quid verò
† si *duo tecta* quis possideat, **oder zwey Giebel**? Destinatio Patris- 3
familiàs respicienda est, an pro unis ædibus habeat, idq; ex januâ & aditu non minùs, atque ex architectura reliquâ, item ex usu, apparebit: ceu pro duabus habebuntur ex portis, tricliniis, scalis, culinâ separatis, ex nominibus, structuris distinctis, ex muro intermedio, ex separatâ locatione: ùt ex *Simone de Pratis, Surdo, Socino, Parisio & aliis expendit Mevius Lib.* III. *ad Ius Lubec. Tit. VI.*
art. XVI. *n.* 13. *seqq.* ut tamen † in dubio duæ potiùs domus judi- 4
candæ sint. *Surdus cons.* 207. *n.* 6. *& Mascard. concl.* 1174. *d. Probat. n.* 38. 45. An verò † domos duas in unam cuivis redigere li- 5
ceat, *d. l.* disquirit *Mevius*, & si hoc fiat, quòd tunc onera realia per id non minuantur, in *n.* 10. *seqq.* resolvit. Ulteriùs si Testator de domo loquatur, *in quâ habitat*, ob pestem verò, aliamque rationem subitaneam, in domum aliam suburbanam se conferat, inibique moriatur: Tunc uti, si de proprietate ageretur, non hæc, sed illa præstanda foret, *per l.* 1. §. *habitare. ff. d. his qui effud. vel dejec.*
Ita etiam, † si habitationem ejus reliquisset, idem respondendum 6
est: Accedit † quòd verbum habitare frequentativum sit, & quod 7
casu fit, non attendatur. *l. quæsitum.* §. *f. d. Leg.* 3. *v. Speidel. in Notabil. voce* **wohnen**. Aliàs autem † *non ubi domus est, ibi etiam est do-* 8
micilium: *l.* 17. §. 13. *ff. ad Municip.* cùm domus sit, licèt quis actu
eam non inhabitet. Contrà † ubi domicilium est, ibi quoq; do- 9
mus est: *Matth. Stephan. Lib. I. c.* XXVIII. *de Iurisdict. n.* 30. totidemque locis quis domicilium habet, quot locis se instruxit. *l.* 5.
l. 6. §. *pen. l.* 27. §. 2. *eod. tit.* Adeò, † si quæratur, utrum ubi quisque 10
habitaret, sive in Provinciâ, sive in Italiâ, an duntaxat in suâ cujusque Patriâ domus esse rectè dicatur? Constitutum sit, eam domum (seu domicilium) unicuique nostrûm existimari debere, ubi quisque *sedes & tabulas* haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset, ùt JC. loquitur in *l.* 203. *d. V. S.* seu ùt Impp. in *l.* 7. *C. d. incol. & l.* 2. *C. ubi Senat. vel clariss.* in quô loco positio laris contigisset, aut in quô *Lararium* Penates (duo juvenes erant,) pellibus
caninis

caninis tectos, (*Alexand. ab Alexandr. Lib.*III. *Genial. Dier. cap.*XII.) & in foco locatos cultosque, proinde *focarios* dictos, (*Amaya ad d.l.7.C.n.*70.) servabat.

1 IX. Sic ergò † de Habitatione Domûs se habet, sive unam sive plures, imò etsi nullam Testator habuerit. Cùm verò *horti* sæpiùs domibus adjaceant, ideò rectè hîc quoque disquiritur: quando is cui habitatio legata est, horti quoque usum sibi vindicare possit? Ubi quidem de eo constat, quòd is qui ex domo extrahi nequit, non etiam ne quidem ex horto, ædium additamento, possit extrahi, ùt per *l.*91. *§.*5. *d.Leg.*3. tradunt *Dd.commun.v.*
2 *Mynsing.*IV.*Obs.LXIX.& P.Peckium d.Iur.sistend.* † Et si quis sit bannitus in domum, quam pœnam confinationem, die Straff des Gehorsams/des Einlagers oder Schwörens in das Haus/item die Verstrickung oder Bannung in dasselbige nuncupamus.(*conf. l.9.ff.d.interd.& releg.& Hug.Grotium Lib.*II.*d.I.B.& Pac.c.XX. n.*1.) quæque in locatam quoque domum, (non obst. *l.*74. *ff.d. Reg.Jur.& d.l.9.ibi:sua.*) fieri potest.*conf.Corn.Tacit.VI.Ann.c.*3. *Sueton.in August.c.*XXIV.quòd tunc etiam ei, in hortum domo junctam, excedere liceat, asserendum putaverim: nil quicquam officiente *c.*22.*d.Elect.in VI, junct.l.*1.*§.*2.*ff.d. Aleatorib.* At verò
3 † an in *habitatione domûs legatâ*, Legatarius hortô uti queat? de eo *Baldi* resolutio *in l.Consil.*378. *n.*3. attendi debet: ùt si hortus per se consideretur, appellatione domus non veniat; si verò ædibus dicatur adjunctus esse, tunc secùs respondendum sit. *per l.ult. ff. d.S.V.Pr.l.*91.*§.pen.& ult.d.Leg.*3 quâ ratione licèt non propriè habitetur, tamen nec domus habitari commodè posse censebitur, nisi eò etiam redigatur omne illud, quòd eidem Paterfamilias destinaverat. An autem † tunc hortus erit accessorius do-
4 mo, si *per illam adiretur*? Ita videbatur *Baldus* statuere, dum *text. l.ult.d S.V.P.* adduceret. Et tamen alii rectiùs hoc negant, nisi aliæ
5 conjecturæ plures accesserint: quas † quidem & ipse Baldus requisivisse censendus est, dum simul priori *textui L. prædiis, d.Leg.* 3.*§.pen.* annectit. *conf. etiam l.Testatrix.pr.si Servit.vind.c.Rannutius.pr.x d.Testã.& Alexand.*III.*Vol.cons.pen.&* III.*Cons.*LIV. Videlicet præter aditum requiritur, ut ad usum domûs destinatus
6 fuerit: adeò † ùt si quis ipsam domum *cum pertinentiis* legaverit, hortus

hortus quoque ad usum domûs paratus contineatur, ubicunque situs est; etiam † *ad delectationem: Cæpolla c.76. d. S. V. Pr.* cùm 7
quoque domûs causâ videatur comparatus esse hortus, qui voluptatis causâ paratus est. *Felinus ad c.XXXV. d. Rescript. n.*22. Imò
† cùm hoc solùm procedat, si aliæ conjecturæ non repugnaverint, tunc ne quidem illud sufficere autumem; sed præcipuè, quantum ad habitationem simpliciter legatam, (à cujus Legati naturâ valdè differt Legatum des Hauses an sich selbsten mit aller Zugehör/) respiciendum esse: annon *fortuitò* usus fuerit Testator horto ad domum illam, cùm eôd. quoque separatim uti, vel eum separatâ ratione locare, potuerit. Nam † ita quidem res *ex pluribus* 8
conjecturis resolvi potest, quarum una alteram vel juvet; vel etiam si ejus contrarium appareat, reliquas omnes excludat. Proinde attendendum est: An domûs causâ comparatus sit hortus, ut domus per eum esset amœnior & salubrior: An semper ædibus additus manserit: An per domum unicè ad hortum aditus, & vice versâ per hunc ad domum habeatur. An simul cum domo fuerit emtus unô & eôdem pretiô: An cum eâdem simul locari consueverit. Sic enim † ùt aliàs hortus aliqn. *Vrbanum* prædium est. *l. Vrbana prædia. d. V. S. l.*4. §. *pen. ff. fin. regund.* Ità etiam ex ratione conjecturarum aliquando sub habitatione domûs legatâ continebitur. *v. Bertazol. Cons. Civil.* LXXXVII. *n.*15. *P. Surdum. Lib.* II. *cons.* CCVII. *& cumprimis Agricolam d. Pertinentiis. Qu.* VII. *&* VIII.

9

10

X. Quòd si † verò hortum expressè legaverit Testator alii 1
cuipiam, tunc etiam habitator, si aliò quàm per domum ad hortum pervenire non liceat, *aditum Domino horti per domum* præstabit. *per l.*44. §. 9. *d. Leg.*1. *& l. ult. ff. d. S. V. Pr.* Ubi † eleganter 2
quæritur, si Olympico habitatio & horreum quod in domo erat, legata fuerint, quoad viveret: juxta eandem v. domum hortus & cœnaculum esset, ad quæ semper per domum aditus fuit, an tunc si hæredi, penes quem hortus ille mansit, aditum præstet habitator, aditus ejusmodi *servitutis* nomine censendus sit? & rectè respondet JC. *negando*: cùm servitus alicui ex re propriâ deberi nequeat. *v. l.*41. *ff. d. S. Urb. Pr.* Solent † ex his quæ de aditu jam ante 3
diximus, Dd. hanc quoque quæstionem decidere: si duo fratres

E domos

domos divisissent, vel imò si duo habitatores reperiantur constituti diversarum *domuum*, in quarum *medio* hortus situs sit, ad quemnam eorum hortus pertineat, ejusve habitatio? Nam ita
4 † putant, ei domo hortum cessurum esse, pro quâ Testator eôdem utebatur: & si hoc non appareat, illi, per quam aditus ad illum hortũ fiebat. *l. prædiis. §. qui domum. d. Legat.* 3. Si nec de eo
5 constet, tunc verò cessurum domui utrique; nisi † *consuetudo regionis*, quantum ad Fratres, sit, ut *primogenitus* domum habeat, vel saltim præcipuam, sicuti in Gallia obtinet: *Knipschildus c.V.a.fideic.fam.n.*56.ita v. illum in horto etiam prævaliturum esse. *Barth.*
6 *Cæpolla c.*LXXVI.*d.Serv.Urb.Pr.* Eâdem ratione † *Alexand.* IV.*Consil.*XXVI.respondet, si hortus *conjunctus duabus domibus*, ex utrâque earundem, aditum habeat, quòd tunc communis censeatur, adeoque vendita unâ domô, etiam pars horti in venditionem veniat.

1 XI. Porrò † animadvertendum est, quòd longè aliud sit legatam esse *habitationem* simpliciter, & Legata esse *Alimenta*,
2 sub quibus habitatio contineatur. Ubi † etiam hoc volunt Dd. ut si usfusfructus *Uxori*, maritove, item matri & sorori relictus sit, quamvis simpliciter; tamen alimentorum loco relictus esse censeatur: *de quo vide Limit. ap. Gabriel.Lib.V.commun.concl.*II.
3 *n.*30.*seqq.* Nam † habitatione simpliciter legatâ alimenta non veniunt. *l.*8. §. *qui transigit. ff. de Transact.* imò sub eâ non nisi hoc intelligitur, ut Legatarius ibi esse liberè possit ipse & uxor, & familia ejus, item amici, tum & ut scamnis, mensis, cathedris, subselliis & similibus uti possit. *Menoch. IV. Præsumt.CLVII.n.*20.*seqq.*
4 Sed † Legatis alimentis, quibus habitatio (*non obst.d.l.* 8. §.2. *d. Transact.*) inest, *l.6.ff. d.alim. vel cibar.legat.* omnia insuper veniunt, quæ ad instruendam mensam, culinam ac commodam habitationem, ex suppellectilibus necessaria sunt: *Simon. d. Pratis.*
5 *Lib.IV.d.Interpr.Ult. Vol. Dub.VIII.n.*61. uti † sunt etiam Lecti, *conf. Surd. Tit. IV. d. Alim. qu.*7. *Coler. Lib.II. d. Aliment.c.*1.*n.*3.
6 *Trentac. Lib.I.resol. d. Alim.resol.*1 *n.*27. Tum verò † alimenta etiam sub habitatione relicta censentur, quando Testator quempiam sive mater sit, sive amita aut persona quælibet alia, *cum filiis habitare* jussit, sicque in illorum persistere obsequio; *l.sed si hos.*

hoc. in fin. ff. d. condit. & demonstr. l. Sejo. pr. ff. d. ann. legat. Baldus in l. f. vers. sed quid si Testator. C. d. indict. vidui. toll. Card. Mantica, d. Conjectur. Ult. vol. Lib. VI. Tit. XI. n. 19. aut ut in domum ab hærede reciperentur, voluerit: uti Corneus Vol. IV. cons. CLIX. circa fin. Unde † etiam quando ejusmodi persona ex ædibus recesserit, nil ei ex alimentis reliquis debebitur. juxta Rennemannum in 7
P. III. Jurispr. R. G. Disp. XL. n. 53. & 60.

XII. Ex quibus † facilè patet, utcunque domô & multò 1
minùs habitatione ejus legatâ, supellex & instrumenta ejus legata nō censeantur. l. fin. ff. d. supellect. leg. de quo controvertentes v. Dd. ap. Surdum Tit. IV. d. Aliment. Qu. XXIV. (ceu † nec supel- 2
lectili legatâ habitatio legata dici potest: cùm sibi mutuò non accidant; P. Peck in Paraphr. d. Legat. c. XIV. n. 3.) quòd tamen † do- 3
natione habitationis in uxorem collatâ, usus supellectilis quoque veniat; licèt ejus mentio facta non esset: siquidem de eâ habitatione sensisse Testator putandus est, quam secum uxor habuerat. Barry Lib. IX. d. success. Tit. XI. n. 3. In cæteris † idem non assere- 4
rem: v. c. Si Testator disposuerit, ut quædam sorores suæ in omnem casum viduitatis aut necessitatis redire posse debeant, stare & habitare in domo Testatoris, sinè contradictione cujusquam: Nam ita non tantùm alimenta eis non debentur: quippe quòd de illis non sensisse videatur; verùm etiam in domum primævam unicè repositæ erunt; & non in conditiones quoque reliquas. Alexand. Lib. V. cons. LXXII. Sed & † si domûs instructa ha- 5
bitatio legata alii fuerit, supellex pariter & pertinentiæ eô Legatô continebuntur. Menochius IV. Præsumt. XXIX. n. 7. seqq. & CLX n. 32. per l. 15. §. 1. ff. d. fund. instruct. ceu quidem † si quis domum suam cum omni jure suo & omni supellectili leget, argentum potorium & escarium ad Legatum non pertinet; nisi Testatorem ita sensisse aliunde probetur, aut hisce verbis usus fuerit: universa lego, quæ ad domum ejusque usum pertinent. Rubeus cons. LXI. Interim † uti usufructuarius ea tacitâ disponentis vo- 6
luntate consequitur, sinè quibus uti frui non potest. l. 1. §. 1. seqq. si usufr. pet. l. 10 ff. d. S. P. U. & l. 15. §. 1. d. Us. & Usufr. leg. Ita etiam is, cui habitatio simpliciter constituta est, non quidem mobilia quæ ibi sunt, sibi vindicabit: cùm nec illa sub domô legatâ veni-

ant. *Fachin.1.consf.LXV.* sed tamen illa habebit, quæ domûs causâ parata sunt, *Menoch. d. Praes.* CLX. *n.32.* & quæ *perpetui usûs causâ* ibi reperiuntur. *l.242.* §.1. *d.V.S. l.pen. eod.l.15.§.f.l.14.l.15. l.17. pr. §. qua tabula, §. qua Labeo. seq. & l.18.ff. d. action. emt.* eidemque connexa apparent. *l.41.§.pen.d.Leg.1.l.52.§.sed si biblioth. d. Leg.3.l.59. d. R. Vind.* alles das was gewiedet und nagelfest ist.
7 Nam † & talia vendita censentur venditâ domô. *Carpz.* II. *Const.* XXXIII. *def.*20. ibi: Was aber die Leuchter mit Geweihen und alles so an Schrauben und Hacken hängt / und davon unversehrt abgenommen werden kan / anlangt / dasselbig bleibt dem Verkäuffer billich Unde dolia fictilia, item plumbea, quibus terra adgesta est, & in his viridaria posita, ædium, & in habitatoris usu, esse putabuntur, si ita affixa sint ædibus, quasi perpetuò in illis mansura. Die Lust und Blumen-Garten in Fässern und Geschirren. *v.l.26.*
8 *ff. d. Instr. vel instr. legat.* Imò † ne quidem ad hoc, an quid affixum sit, præcisè respicitur. Nam & si quid ex ædificiis detractum sit, ut tamen in iis *reponeretur*, idem erit: *l. Julianus. §.f. & l.seq.d. action.emt.* aut si modò perpetui usus gratiâ ibid. haberi soleat; *l.fundi. l. granaria. eod.* solùm quòd in rebus quæ ædibus paratæ, sed *nondum* illis *illata* vel impositæ sunt, aliter habeat.

1 XIII. De *vitreatis* † seu specularibus domûs (item von denen Fenster-Körben und denen Gegittern. *v. Cæpoll. cap.* LXIII. *d. S.V.P.*) quæritur, (nam de *Tabulis Pictis*, quomodo illæ ad domum pertineant, & an etiam eâd. venditâ debeantur? *Gryphiander in Lib. II. Oecon. Legal. c.* XXI. *n.94.* disquirit: nec minùs *Carpzovius* III. *Const.* XIII. *def.*28. ubi domô legatâ cum omnibus quæ ad domum pertinent, respondet: So werden doch die Bilder und Glässer / so auff der Simbs zur Zierde gestanden / darunter nicht begriffen. citans *l.86. d.Leg.2.l.44. d.Leg.3.l.32.§.2.d.Usuf.leg.conf. etiam Jo. Gœdd. ad l.241.n.2.d.V.S.*) an etiam illæ ad domum, &
2 sic ad habitatorem pertineant? Et ad † hoc quoque ex jam ante dictis respondere licebit. Quamvis enim removeri queant, tamē hoc fit, ut reponendæ sint. *l. quæsitum. §. specularia. ff d. instr. vel instrum. leg. & l.fundi. §. item constat. d. action. emt.* suntque in usu domûs perpetuo: quod etiam † contrà *Cephalum in consil.* XCII. quando & affixionem & destinationem simul requirit, sufficere

jam statuimus: idque per *l.fundi.* §.*Labeo.& l.catera.*§.*hoc Senatus C.ff. d. Leg.*1.*item per l.granaria.ff.d.act.emt.& l.fundi.pr.eod.* 2
nobiscum probat *Surdus Decis.* CXXXIV. *n.* 14.*seqq.* Non obstante. † si vel maximè domus aliàs sine ejusmodi vitreatis *perfecta* esset. Ut proinde † non habuerit *Cephalus*, cur in fenestris, 3
4
ostiis, seris, clavibus, speciale esse dicat, quasi sinè illis perfecta nō foret domûs, indeque affixio tantùm in his talibus respici non debeat, ùt in cæteris. Nam † & Dd., ùt *ap. Gryphiandr.d.l.*videre 5
est, idem de Tabulis & Imaginibus adstruunt. Secùs † si domui 6
non destinata, velut statuæ, licèt affixæ, essent, quæ tamen ut perfectioni domûs nil desit, inde moveri possent: nam hæ nec in Vendit. nec in Legato domus aut habitationis venient. *v. Mohedan. Dec.*XVII.*&* CXIV.*& l.pen.d.V.S.* Continebuntur † etiā sub ha- 7
bitatione *vasa vinaria*, si ad perpetuum usum habitantium comparata sint. *Thessaur.* I.*QQ.* LXXXIV. Imò † quod destinatum 8
est domui, si modò *in usu ejus*, & non in ornamento, futurum esset, habitatione continebitur.*l.*47.§.1.*d.Legat.*3.*l.vina.cum seq.ff. d.Trit.Vin.& Ol.leg.l.si non sint.*§.21.*pr.d.aur.& arg.leg.*

XIV. Plenissimum est Legatum Domûs vel etiam quandoque habitationis *cum omnibus, quæ in domô sunt*, der Wohnung oder des Einsitzes/sambt allem dem was im Hauß ist. In quo † ve- 1
niunt ea, quæ *tempore conditi testamenti* ibidem reperiuntur; non etiam, quæ eò posteà pervenerunt. *l.si ita.ff. d. aur. & arg.leg.& l. fin.*§.1.*d.Leg.*2.*Castrens.cons.*CXXXVIII.*item Mantica.Lib.*IX. *d.Conject.Ult.Vol.Tit.*2.*n.*46. Sed multa † tamen hinc etiam exci- 2
piuntur: neque enim eô Legatô argentum, vinum, frumentum, aut aliæ merces *venales* veniunt. *l.generali.*§.*uxori.ff.d.Usufr.leg. l.servus.*44.§.*fin.ff. d.leg.*3. seu ea, quæ *mercis causâ* ibi sunt; quippe quòd ad tempus solùm eidem illata, adeoq; ob destinationem extrà domum esse censeantur. *Neguzant. Part. II.d.Pignorib. Membr* 2.*n.*14. Quanquam † aliàs *Usufructu omnium bonorum* 3
constituto, etiam in venalibus usumfructum habeat Legatarius. *l.quoties.*§ *fin.ff.d.Usufr.* Quid tamen † si aliud præter venales in 4
domo vel habitatione non sit? Tunc verò eas quoque, ne legatum inutile foret, deberi, *Castrensis* respondit *in L.*1.*C.d.verb.sign.* Imò sunt † qui putant, etiamsi quid præter venales res in domo repe- 5

 riatur,

riatur, tamen has quoque Legatario deberi, si filius sit. *per l.quaesi-*
6 *tum.§.sed & ipse.ff.d.fund.instr.* Similiter † ex mente Testatoris venalia sub ejusmodi Legato continebuntur; si illa consistant in fructibus ex fundis & agris ipsius Testatoris collectis, eosq; non negotiationis causa, sed ideò venales Testator habuerit, quòd illi necessariò vendendi essent: *Covarruv. Lib.II.resolut.c.5.* ubi etiam tunc res venales Legatario deberi notat, quando ex eisdem Testator, unam solùm vel alteram rem, v.c. lanam, excepisset. Porrò
7 † etiam *animalia* sub illis, quae in domo sunt, non comprehenduntur, si modò ibi sint, ut per illa fundi colantur; *Corn. Lib. I.cons.49.*
8 *in fin.* nisi etiam praeter haec nil in domo sit: ceu † quoque non animalia solùm; sed etiam caetera plerunque omnia, Legatarius obtinebit, si Testator hâc formulâ usus sit: quod *quoquo modo* in aedibus meis est: dummodò ipsius, & non res aliena sit. *l. uxor*
9 *partum.C.d.Legat.* Ea verò † quae in domô *per casum* sunt nunquam Legatario tribuentur: uti si maritus eò quid ex praedio rustico perferri curâsset; nisi ideò apportari fecisset, ut Legatario illud acquireretur. *l. Julianus.§.fin.d.Leg.3.* Non obst. *l.pen.§.pen. d.aur. & arg. leg. & l.cum de Lanionis.§.12.ff. d. instruct. vel instrum.leg.* Ubique enim † minimùm gravandus est haeres. Deni-
10 que † *pecunia* sub Legato nostro habitationis, cum his quae in domo sunt, non venit: *l.quaesitum.§.1.l.si mihi.§.fin.d.Leg.3.* quippe quae cùm expendi soleat, in loco esse non censetur. *l. si chorus. §.1.d.Leg.3.* praecipuè si summa non adeò sit exigua. *Paris. Cons.*
11 LXXX. Sed nec † *jura* & *actiones* eidem insunt, & *nomina* debitorum. *Menoch. Lib. IV. Praesumpt.* CXXIX. *n.* 29. 30. *Cardin. Mantica. Lib.*IX. *Tit.II.d.Conject.ult.Vol.n.*45. Nam hoc statui jubet stricta Legatum interpretandi ratio *l.75.ff. d.Leg.3.* quòdque nomina certo loco non claudantur. *l.86. pr. d. Leg. 2. Petr. Wesenb.Cons.1.n.67.70.& Pruckman. vol.1.Cons.2.n.297.* Unde
12 † nec *instrumenta* debitorum ad Legatarium pertinebunt. *l.fideic. ff. d. Judic.* cùm praetereà, num in illâ domô nec ne reponerentur, nil interesset, eaque mens videatur esse Testatoris, ut instrumenta apud haeredem, (cujus nô minùs interest,) permanerent, ut inde notitiam bonorum habeat, famamque defuncti & factum exinde

inde defendat. *l.* 41. §. 6. *ff. de Leg.*3. *l.*12.§,37.*ff.d.instruct.vel instrum. Legat.*

XV. *Qualitatem* † ædium si consideremus, quæritur, si se- 1
paratô matrimoniô uxor in loco *honesto* morari debeat, an tunc in domô Patris habitare possit, an verò intrare debeat Monasterium? *Riccius in Prax. rer. Eccles. Matrim. Dec.*CCXLII. & *Dec.*XXI. Item † an in domô filiorum suorum habitare possit? *Idem Riccius* II. *Dec.*CCXLI. Similiter huc pertinet, † quòd Do- 2
ctori, qui in Salario eine freye Wohnung habet, domus in loco remotiori dari non debeat, *v. l.*2.§.*sed & ff.d.Orig. Jur.* sed in loco celebri. *ut Bald. in d.l.* Est enim † *domus ejusmodi Oraculum* 3
Civitatis. Quod de JCtorum domibus *Cicero* habet in *Lib.*I.*d. Orat.* super quo *Aurelius Boccalini, nella Secretaria di Apollo, in p.*210.*ad Ciceron.* scribit: *Ogniuno è obbligato di lodare e accreditare la professione propria.* Et in fine epistolæ: *comandiamo à voi di levare questo detto da vostri libri, poiche devono* (Domûs ejusmodi) *più propriamente chiamarsi pozzi, dove colano le sostanze de poveri Cittadini litiganti.* Ita Satyricus sub persona Apollinis rabularum crimina Justitiæ sacerdotibus fugienda ingerit.

XVI. Sæpè etiam, † uti *ususfructus* nonnunquam, ex conje- 1
cturâ voluntatis, *proprietatem* notat, *l.*15. *ff. d. aur. & arg. leg.* ita habitatione relictâ *proprietas* domûs intellecta videtur. Nam † habitatio denotat eine Wohnung. Ich hab das Haus zu einer 2
Wohnung gemacht/ *l.*12.*ff.d.Usufr.* & ædificium adeò per meton. adjuncti pro subjecto. *l.*20. §.2.*d.instr.leg. l.*6 *d aliment. vel cibar. legat.* Ita prædium quod non habitatur, habitationi opponitur. *l.*4.§.4.*ff.d.damno infect.* Unde † *Vivianus* aliquibus commodati 3
actionem comparâsse existimatur, quasi domus commodata fuisset. *in l.*1.*ff. commod. l.*13.*ff.P.V.* quanquam nos suprà non solùm domum, sed habitationem, seu jus habitandi, commodari posse, & eum in sensum *Viviani* sententiam accipiendam esse, ostenderimus. Sed † habitatio domûs, servitutem notat; *l.*13.*C.d.usufr.* ha- 4
bitatio autem simpliciter, si Testator Domum habitationem appellare consueverit: (Nostrô sanè idiomate impensè differunt, die Wohnung/ und die Einwohnung/ vel quod usitatius est, der Einsitz:) item habitatio *mea*, proprietatem *l. interdum. ff. d. V.S.*

quæ

5 quæ est ratio dubitandi *ad l.13.C.* Quòd si ergò † non *rem* ipsam, sed *jus* illius expresserit Testator v.c. habitationem talis domûs, ità proprietas non intelligitur. *l.Seja.§.Caja.d.fund.instr. l.concubinam.§.quatuor.ff.d.Leg.3.Brunnemann.ad l.13.C.de Vsuf.*
6 *& Hab.* Sed † si *domum ad inhabitandum* reliquerit, vel *pro habitatione*, item *ad gaudimentum*, ùt loquuntur, tunc verò communiter proprietatem relictam esse docent. *per l. libertis.pr.ff.d.aliment.l.Titia.§.Tit.ff.d.Leg.2.vid.Dd.ad l.cùm hi.§.fin.ff.d.Transact.l.si mulier.C.d.l.dot.l.Proculus.& l.si quis ita.ff.d.Vsufr.& Bartol.in d.l.Libertis.& in l.Donationes.§.specie.ff.d.Donation.* idque
7 tum † maximè procedit, si hæredes sint extranei: nam filios quidem hæredes institutos Pater prædilexisse videtur. In extraneis autem ea interpretatio liberiùs capitur, ut modus rei Legatæ in favorem Legatarii adjectus esse, & Legatum adeò restringere
8 non videatur. *conf.d.l.Donationes.* Sunt tamen † Testatores aliquando explicatiores, uti in hoc Legato nemo domum, sed simpliciter jus habitandi contineri responderet: Uxori meæ dilectissimæ domum meam lego, ut in ea toto tempore vitæ suæ habitare possit. *Capycius Decis.Neapol.*CVIII. *n.7.* An verò legatâ domo simpliciter, *tota domus* legata censeatur? De eo *v.ICC.Argentoratens.in vol.1.Cons.*87.
9 Est quoque † ea disquisitio satis ambigua, si habitationem domûs alicui legaverim *cum onere, ut altiùs* domum suam tollere possit vicinus? an tunc proprietas legata censeatur? Affirmat illud *Strauchius per l.19.d.usufr.* eò quòd Usufructuarius (item habitator,) servitutem fundo acquirere, & in specie altiùs ne tollatur prohibere non possit. *l.13.§.7.eod.tit.Diss.* VII. *Aph.*34. Sed ab eo cum *Mantica, Fachinao, Anton.Fabro, Wiesenbachio*, aliisque dissentit *Struvius Ex.*XII. *Th.*10. quem amplectimur.

1 XVII. Quanquam † verò si cui habitatio gratuita relicta sit, *pensionis* quoque, quam pro ea solitus erat exsolvere, liberatio
2 relicta sit. *L.Cassius.ff.d.Liberat.legat.* Tamen † *in l.27.& l.32.ff.d.donat.* malè JCtus ita intelligitur ab *Anton.Fabr.in Dec.*LXXVII. *error* 8. quasi *merces* tantùm habitationis, & non habitatio, donata fuerit: uti ille ad txx. istos, ex *l. 9. ff. eod.* infert: Nec
3 † fortassis in jure locus reperitur ubi habitatio mercedem habitationis,

tationis, *ἐνοίκιον*, locarium, die Haußzins/denotet. Interim † quan- 4
do JC. *πολυμαθέστατος Dn. Strauchius in c.V. ad l.13. C.d.Vs.& Vsufr.* illum significatum planè aversatur, & *Casparum Barthium* redarguit, quòd is *in l. Advers.1. apud Labbaum in Gloss. Nomic:* per habitationem, seu potiùs quod ibi habetur, *οἰκεῖον δῶρον*, non jus habitandi; sed *id quod pro habitatione solvitur*, intelligendum esse voluerit: cùm tamen vel unus testis idoneus ejus significatûs laudari nequeat: tunc verò vel ad *Tranquillum* provocare licet *in c.39. Jul. Cæsaris*: Nam † huic apertè habitatio est *ἐνοίκιον*, pensio 5
nimirũ, quæ habitationis causa penditur: dum Legis ibi meminit à M. Cœlio Rufo Prætore promulgatæ, cujus exemplo Julius Legem de illâ habitatione sanxerit: de qua & *Dio ap. Isaac. Casaubonum in d. Sueton. loco pag.* 60. Num verò † *τὸ οἰκεῖον δῶρον* pos- 6
sit habitationem, sive jus sive mercedem habitationis accipias, designare, de eo actũ est superiùs. Utiq; † *pensionẽ* pro habitatio- 7
ne legari sæpiùs videmus, & tunc si Legatarius *bannitus*, sed postmodum à Principe *restitutus* fuerit, an ei h.c. *præteritorum annorũ* pensio præstanda sit, ambiguum est? Putem verò † & *in alimentis*, 8
si pro illis pensio cuiquam relicta fuerit, & in habitationis mercede, simpliciter relictâ, illud asserendum esse: per *l.10. ff. de cap. minut, l.11 ff. d. aliment. legat. & Honded.* 1. *cons.* XCV. *n.* 77. Et quidem † sic quoque Legatum, v.c. annuum, *in causam alimentorum* 9
factum esse videbitur, si donatarius pauper sit. latè *Surdus Tit. II. d. Aliment. qu.* XII. Quid si † *Reditus fundi* Uxori legetur, die Ren- 10
then des Guths? Ita eidem quantitas annua præstabitur, quam vivus inde Paterfam. per Locationem redigere solebat; Sed ut uxori habitationem præstet, ad hoc hæres non obstrictus est. *l.38. d. Vs.& Vsufr. leg.* Et † ùt uxori reditus ille debetur, & non hæredi- 11
bus ejus. *l.22. ff. eod.* ità nec ususfructus ei debebitur, sed unicè pecuniæ porrigentur ex locatione redactæ. Quid autem † si fructus 12
annuos totius prædii reliquisset Testator? An sic ususfructus relictus videbitur, & ipsa habitatio in prædio, saltim materialiter & velut usuifructui inclusa? Ita † videtur per *l.41. ff. eod.* imò nega- 13
tur illud in *l.43. d. evict.* quasi fructus non continuò ususfructus sit. Ex † mente Testatoris judicandum est. Nam ususfructus est 14
quid incorporei, cùm sit jus; fructus est quid facti & corporei,

15 *d.l.43.* Pertinet † eò *l. un.pr.& §.1. quando dies usufr.leg.ced.* ut respiciendum sit, an Testator usumfructum in certos annos distinguere voluerit, à quibus incipiat; an verò solùm annuos fructus relinquere, die Jährliche Einkünffte, seu illud quod annuatim nascitur.

1 VIII. Non minùs † dubium est, an legatô *usufructu omnium bonorum*, mobilium & immobilium, *habitatio* etiam contineatur? Sanè jura & actiones nō continentur. *Bachov.* II. XIX. 5.

2 *c.* Sed nec † habitationē illud Legatū *formaliter* continet; verùm ut uti frui ædibus possit Legatarius? Quid si χρῆσις ædium relicta sit? Solus usus debebitur, non fructus. *l.10.§.1.ff.d.Vs.& Hab.v.*

3 *Merend.*IV. *Contr. c.*XXVI.*n.8.* Et tamen † licèt χρῆσις vulgò usum significet, in usu juris eâdem etiam fructum, adeoq; omnem utilitatem notari, ex *Cicerone, Ravardo & Labbao Dn. Stranchius* asserit. *in Exerc.V. ad L.13. C.d.Usufr.c.V.n.*28. (Habet etiam de

4 χρήσει aliqua *Alciatus in l. Parerg.c.*XIV) Sed nescio † an *ex Cicerone* tale quid rectè adstruatur? siquidem in ejus loco *frui* pro-

5 miscuè, nec accuratè sumitur. Non etiam † *ex Labbao* illud sibi constat. Nam τὸ μόνην plus vocem proximam restringit, quasi dictum esset: Usum habitationis solius, & usum habitationis etiam ad aliud quid. Uti usum solemus appellare den schlechtē/ sed usum-

6 fructum den Nießbrauch. Quomodo † verò in usu juris ἡ χρῆσις fructum etiam notat? si addi solet χρῆσιν μόνην. Et nonne usus aliàs Græcis χρῆσις, sed ususfructus ἀπόλαυσις dicitur?

SECTIO V.

De Forma Habitationis tam constituendæ quàm constitutæ.

1 I. VElut autem † rebus aliis transferendis *conditiones modive* adjici solent, sub quibus transeant: ita etiam habitationi

2 usuvenit. Et ubique † tamen quælibet dispositio in dubio modalis potiùs, quàm conditionalis esse censetur. *Mantica Lib.X.d.*

3 *Conject.ult.vol.Tit.V.n.*12. Ipsâque † conditione, etiam simpliciter potestativa, casu deficiente, Legatum non extinguitur. *l.8.§.*

4 *quoties.d.Condition. Inst.l.54.§.fin.d.Legat.*1. Verùm † ut de conditioni-

ditionibus plura hîc notemus, institutum non patitur: nisi quòd de conditione *Viduitatis*, quæ habitationi adeò frequenter adjici 3 solet, nonnulla inserenda sint. Et quidem † licèt Maritus uxori 5 *perpetuam viduitatem indicere* non possit. *l. 2. C. d. indict. viduit. toll. Franzkius. Lib.* I. *resol. c.* XV. *n.* 22. *& Ferd. Ar. de Mesa, Lib.* II. *resol. c.* VI. *n.* 6. *seqq.* Tamen † *donatio* seu *Legatum* sub illâ condi- 6 tione, & sic quoque habitationis, rectè fieri potest. *per Auth. cui relictum. C. d. t. & Nov.* XLIV. *c.* 43. *Dd. apud Pichard. in §. sed si uxori. Inst. d. Legat. n.* 44. Non obstante, † quòd *pœna* rei licitæ ad- 7 jici non posse videatur. Aliud enim est deterreri à nuptiis pœnâ quâpiam, quod nemo audere potest; aliud est præmio invitari ad viduitatem, ut si hanc non servet, non habitura sit rem alterius, cujus ipse arbiter est, eamque non aliter in uxorem transferri voluit. *v. l.* 71. §. 1. *ff. d. cond. & demonstr.* Sic etiam † amittere debita, 8 & non captare lucra, diversa sunt. *l. f. C. d. Codicill. Robert. Lib.* II. *rer. Judicat. c.* VII.

II. Cæterùm † in effectu differt Legatum: *donec* in vidui- 1 tate manserit, & Legatum: *Si* in eâ manserit. In *priori*, † si vel ma- 2 ximè secundas ineat nuptias, tamen fructus seu emolumenta percepta lucratur: cùm τὸ: *donec*, solùm tempus, ad quod usque Legatum durare debeat, indicet. Unde † eô casu uxor *cautionem* de 3 restituendo præstare non tenetur. Estquè † illud pro primo anno 4 *purum*, sed pro sequentibus *conditionale, Natta cons.* CCCCLIX. & divisionem recipit. *Marta d. Success. Legal. P. IV. qu.* 18. *art.* 2. *n.* 74. *&* 78. In *posteriori* † per transitum ad secunda vota, etiam 5 alimenta *in præteritum* perdit, ut ne dicam emolumenta *habitationis*, velut locarium, (cùm quidem factum restitui non possit,) indeque perceptos fructus, dum in viduitate perstiterat, restituere tenetur. *Auth. cui relictum. ubi Castr. C. d. indict. viduit. tollend. N.* 22. *c.* 43. Neque enim † implementum conditionis perpetu- 6 andæ dividi potest. *v. l. Libertus. §. Lucius. ff. d. ann. legat. l. si hæres: ff. d. condict. c. dat. Dd. ad l. si servus. §. si plurium. ff. si quis caution. l. si cui fundus. d. cond. & demonstr. Peregr. art.* XI. *d. fideic. n.* 121. *Grattian. Decis.* CLXXXVII. Unde † in hâc specie vidua ad rem ca- 7 pessendam non admittitur, priusquam *cautionem* de conservandâ viduitate, usque ad mortem; aut de re eâdem post transitum cum

perceptis restituenda, præstiterit. *Castrens.d.l.& Dd.in l.Mutia-*
8 *na.ff.d.cond.& demonstr.* Conditio † tamen hæc:Si *honestè* & *ca-stè vixerit*, prohibitionem secundarum Nuptiarum non infert; *c.Nicena.dist.*XXXI.nisi mens Testatoris aliunde colligatur. Sic
9 enim † ea intentio esse censetur in *Marito*, qui uxori; & in *Filio*, qui matri, habitationem relinquit: si fidem habeamus traditis *Fr.Nigr.Cyriaci l.contr.forens.*CXXXIIX.*n.*8.*seqq.* Nescio enim
10 † annon,etiam quoad maritum,castè vivat illa,quæ secundo marito jungitur? *N.*II.*c.*3.*Mastertius Q v.V.d.secund.Nupt.n.*3.

1 III. Quid si † maritus in casum viduitatis, sed *cum onere educationis liberorum*, uxori habitationem relinquat; sed mutatâ viduitate aliud quid ei leget? Tunc mutata viduitate utique habitationem amittet, curaque liberorum magis habita videtur.*l.*62.
2 §.*uxori. d. Legat.*2.* Equidem *conditio* viduitatis potestativa est; *modus* verò, ut penes se liberos educet,mixtus: quippe qui à voluntate & casu liberorum dependet; etiamsi de *impuberibus* aga-
3 tur. *Amat. consil.*XXIX *n.*3.*&* 6. Aliquando tamen † viduitatis conditio *finalis* non est,si verosimiliter uxorem habitaturam voluerit; quamvis non viduam, modò liberos educet:indeque conjectura illa recipienda est. *Mantica Lib.* III. *d. Conjectur. ult. vol.*
4 *Tit.*XIX. Tum verò † finalis esse putatur, quando *favorem* do-
5 nantis vel *relinquentis* respiceret. Enimverò † si habitatio pars *alimentorum* est,tunc cùm alimentorum hoc sit privilegium,ut si conditio mixta successiva deficiat, velut est educationis; vel etiam modus: tamen id quod relictum est, & sic quoque habitatio, sustineatur: modò culpa ejus,qui conditionem modumve adimplere obstrictus erat,eundem non impedierit. *l. Gajo.* 13. §. *Impera-*
6 *tor.ff.d.aliment.leg.l.*1.*C.d.Legat.* Nempe † in favorem & contemplatione Legatarii alimenta in dubio relicta videntur: *l.*18.*ff.d. condit. & demonstr.* ideòque adhuc Legatum debetur, licèt *onus* eventum non sortiatur: *l. Stichus.* §.*f. d. alim. leg. Menoch.cons.* CXLVI.*n.*15.*Gail.*II.*O.*CXLIV.*n.*42. quippe quod causa Legati
7 non fuerat. Quicunque † autem onus educationis subire tenetur, eum quoque *alimenta procurare educando* oportet,nisi habeat hic,unde ali possit.*l.ult.d.alim.legat.Colerus Tr.d.Aliment.Lib.* I.*c.*XV.*n.*59.

IV.In

IV. In *singulos annos* relicta Habitatio ab initio anni de- 1
betur. *l.11.ff.d.Us.& Usufr.legat.l.12.§.1.ff quand.dies leg.* Nil † im- 2
pediente *l.13.§.11.ff.locat.* quasi ideò ab initio anni deberi non
possit, quia habitatio per annum causam successivam habeat.
Nam † de tacitâ reconductione ibi agitur; neque ex illa successi- 3
one quicquam contrarii infertur. Si quid † autem *annuum* lege- 4
tur *in habitationem*, vel quotannis: ita vero non ab initio anni, sed
cùm pensio debetur, conductori præstabitur. *l.12.§.5.ff. quand.*
dies leg. Unum † quoque est Legatum, cùm hæres damnatur, ut 5
Titium habitare sinat, *quoadusque vivet. l.15.pr.ff.d.Us.& Usufr.*
leg.fac.l.10.pr.d.Us.& Habit.& l.10.d.cap.minut. Non obstante
† voce: *quoad, donec*, & ob has *l.17 ff.d.ann.legat.* Respondet *ad d.* 6
l.15.Gothofredus, esse *in l.17.* præstationem 50. donec nubat, & Le-
gatum dividuum; sed *in l.15.* esse individuum, eò quòd sit habita-
tionis. Verùm † potiùs dicere, ex Legati natura & formula *in l.17.* 7
rationē diversitatis patere: de dote enim tanquam re favorabili a-
gebatur, quæ ut tantò lautior esset, crescere eò usque debebat: &
cùm protinùs habitare posset Legatarius, vel saltim jam viveret,
(*in l.15.*) non statim nubere poterat fortassis Legataria, indeque
Legatum extendi poterat, ut singulis annis constitueretur, atque
ei deberentur funffzig Gülden/ eò usque biß daß sie freye. Quid † de 8
ejusmodi Legato: Sempronio *ea quæ vivus præstabam, dari volo*: si
jam Sempronius in domo Testatoris habitârit, quæ tamen uni
hæredum *prælegata* erat: an ita Legatario debebitur habitatio?
Debebitur utique, per *l.33 ff.d.Us.& Usufr.leg.* Quid verò † si non 9
habitârit? Idem videtur juris esse *per l.10.§.3.d.ann.legat.* Sed ta-
men idem non est. Nam † §.3. *ad §. præced.* trahi debet, dū Liber- 10
tis dari vult Test., quæ uxori vivæ præstiterat: at verò licèt Liber-
ti non habitâssent, uxor tamen habitaverat cum viro. Secùs † & si 11
absolutè ad Libertos, (quibus quæ vivus ipsis præstiterat, porrò
legat,) respexisset; illi autem unà non habitâssent: Nam ita nunc
etiam ex Legato habitationem non consequerentur. Ut hîc ite-
rum deserendus sit *Gothofr. ad d.l.33.n.52.*

V. Et sic ergò † *promittitur* habitatio variè aut relinqui- 1
tur, atque exinde pro diversitate causarum & modorum diversa
etiam *remedia* nascuntur, tunc quidem *Processu summariô* expe-

dienda, si sub *alimentis* unà peteretur Habitatio. *v. Coler. Lib.* III.
2 *d. Aliment.* Est etiam † casus unus vel alter, ubi actione Legatarius non indiget, quoties sc. *in possessione* domûs est: Ita enim qui fundum exceptô ædificiô legat, si de superficie senserit, quod regulariter dicendum non est, (non obst. *l.30. ff. d. S. R. P.*) hæres *per Exceptionem* consequetur, ut in villâ sibi habitare liceat. *l.81.*
3 *§.3. d. Leg.1.* Imò etiam † *propriâ* quandoque *authoritate* possessionem, dummodò non resistat hæres, Legatarius capere potest: id quod *Decius in cons.* CCCCLXXVI. *cum Angelo* in eô casu fieri posse tradit, si maritus domum vel etiam habitationem legat uxori, eamque in eâ domô molestari prohibet, daß man jhr deß
4 Hauses halben kein Leid zufügen solle. Aliàs verò † ingredi domum seu possessionem ejus; aut potiùs quasi possessionem habitationis propriâ authoritate capere, non licet; etiamsi habitatio legata fuerit: quâ quidem ratione jus in re quodlibet protinùs ab aditâ hæreditate Legatario *ipsô jure* citrà traditionem constituitur. *arg. l.19. §.1. quemadmodum Servit. am. l.3 pr. ff. d. Vsufr. Bachov. vol.1. ad Tr. D.* XVI. *th.3. lit. a.* Sed tamen & sic, quæ ex illô jure datur, *actio confessoria*, ad possessionem, seu ut quis in domum inducatur, per *l.25. §. ult. ff. d. Vsufr.* instituenda est. Inter vivos tamen habitatio non aliter, quàm traditione, constituitur: ceu aliàs res etiam incorporales traduntur, item pignori dantur.
5 *l.11. §. f. d. pign.* Unde & † habitationem *pignoris loco* tradi posse nil prohibet. *conf. Bachov. Lib.* II. *c.* VI. & VIII *d. Pignorib.* Utique
6 † rerum *incorporalium* est ἀντίχρησις, & habitationis etiam, ùt suprà ostensum est: quippe quòd suô modo fructificent: uti quidem nominum fructus sunt usuræ. *l.3. ff. d. Vsufr. ear. rer. quæ us. cons.* jurisdictionis sunt mulctæ, annuorum redditųum sunt annuæ præstationes. *Vinnius ad §.2 Inst. d. Vsufr.* quanquam hæ potiùs instar rei principalis venditæ rectiùs habeantur.

1 VI. Dum traditur* seu *constituitur* Habitatio, certa ædificii & rerū ad habitationē spectantiū *descriptio* conficienda est. *arg. l.13.*
2 *§.7. l.19. §.2. l.15. §.1. l.25. §.2. ff. Locati.* und * muß jhm das Hauß
3 in baulichem wesen verschafft werden; aliàs * *impensas* à se erogatas, dummodò opera facta ultrà tempus habitationis duratura sint, habitator aliquando repetet. *Garsias. Tr. d. Expens. c.* XIV. *n.15.*

n.15. Econtrà * habitator, ùt alibi usufructuarius, *cavet: Mynsing.in Comment. ad §. pen. Inst.d.Habit.*non attento, si ei fortassis der Einsitz his formalibus legata esset, daß er das Haus/ als sein Eigenthumb/besitzen solle.*v. Richter.Dec.*XIX.*n.*4. Interim * qui 4
jus habet inhabitandi ædes quasi ex antichresi, (uti aliàs antichreticus creditor non satisdat nomine fructuum ex fundo percipiendorum, *arg. l.* 33. *d. Pign. act.* indeque protinus fructûs facit suos, etiam ante satisdationem: *Ant. Faber Lib.* III. *Tit.* XXIII. *Def.*IX.) Ita etiam cautio ulla ab inhabitaturo ædes in antichresin non exigetur. *Matri* † omninò cautio non remittitur; *Cujac.ad l.* 11.*ff.usufruct.quemadm. cav. & l.*6. §. *illud. C.d.secund.nupt.v.& Gailium.*II.*Obs.*CXLIV. *n.*16. etiamsi filios proprietarios simul cum ipsâ habitare voluisset Testator: *d. l.* 11. eamque proinde ipsis liberis præstabit. *Richter. d.Decis.n.*11. Nec minùs 5
† *Pater* præstabit cautionem, cui habitatio à matre in ædibus liberorum, fideicommisso gravatis, (ut sc.post liberorum obitum propinquis cognatis restitui debeant,) relicta est: *per trad. Ejusd. Richters d.l.n.*12. Igitur † cavet habitaturus, se boni viri arbitratu ædes inhabitaturum, easque sartas tectas servaturum, & finitâ habitatione restituturum esse. *l.*5. §.3. *l.*11. *ff.usufr.quem.cav.l.*13. §.4.*ff.d.Usufr.* Quod fit † *satisdatione* Prætoriâ seu fidejussoribus: ùt *ad d.t.usufr. quem. cav.* ostendi solet. Receptô † tamen jure & moribus nostris, ne Legatum pereat, non repertis fidejussoribus, *pignora* etiam in subsidium admittuntur. *v. Gail.* II. *O.* XLVII. *n.* 4. *Merend.* V. *Contr.* XLVII. *Christin.* I. *Dec. CCL. & Köppen. Decis.* XXXIII. Sed & † *juratoria* cautio faciliùs, si pignora deficiant, admittetur, quàm in usufructu: ubi proprietarius rem ad se recipiet, & loco rei usufructuario quid præstabit, cautione ei datâ, de solutione annuâ, *juxta Coll.Arg. ad Tit.usufr. quem.cav.th.*4. *& Dd.commun.* Non enim † intentio relinquentis tam obtinebitur, si idem in habitatore asserere vellemus, ut ei proprietarius locarium, quô alias ædes inhabitare posset, præstare queat: Quid quòd † non tantum periculum in habitatione, quantum in Usufructu subsit; nisi † etiam habitaturus tantæ videatur incuriæ, ut metui possit vel incendio ædes facilè conflagraturas & proprietatem subversam iri. Omninò † judex hîc juxta cir-

ta circumstantias arbitrabitur, ceu ad arbitrium ejus in juramentô, etiam circà pauperem usufructuarium, admittendô, Dd. confugiunt. Adhibe *Cludium Tr. d. sequestr. c. X. n. 8. seqq.* Equi-
15 dem † remitti potest cautio penitùs: nam uti illa de substantia habitationis est, si eam Dominus exigat: *l. 13. pr. ff. d. Usufr. l. 3. §. f.*
16 *Usufr. quemadm. cav.* & nec † ipse qui testamento habitationem reliquit, in præjudicium hæredis eam remittere potest: *l. 7. C. ut*
17 *in poss. leg.* ita † de substantia simpliciter non est; verùm penes hæredem consistit, uti ædes planè habitatori donare, sic etiam cautionem ei circà habitationem earundem remittere. *l. 3. §. 4. l. 7. pr. ff. usufr. quem. cav.*

1 VII. Explicit † forma habitationis constituendæ. *Constituta* formam intuentibus duo se consideranda offerunt: quâ ratione *facti*, & deinde quomodo *dividua* dicatur? Siquidem quoad *prius* Habitatio in eo *Usufructui* opponitur, quòd ista facti sit; & tamen Ususfructus non minùs in facto fructuarii consiste-
2 re dicitur *l. 1. ff. quand. dies ususf.* Enimverò † ibi factum non ita ad rem refertur, ùt in habitatione; sed ad personam, hactenus, ut licèt pers. quoad jus utendi fruendi respiciatur; (aliàs enim ususfructus capitis minutione non interiret,) tamen etiam quoad cessionem, & ad hoc, ut fructus deberi incipiat, factumque perceptionis subsequatur, personâ non minùs attendi oporteat: ut cessione, priusquam factô illa persona, cui ususfructus constitutus est, fructus percipere possit, (quod quidem fieri potest ab adi-
3 ta demum hæreditate,) non opus sit. *Habitatio* verò † licèt etiam quoad *cessionem* eâdem ratione facti sit; est tamen non solùm ob perceptionem illam primam facti; sed etiam si *personam* ad ca-
4 pacitatem juridicam consideremus. Etenim † constat habitationem *ex re ipsâ*, quæ habitationem debet, si modò illa supersit,
5 magis respici, quàm ex personâ: cui † simile quid *Cujacius*, (quamvis non omninò simile,) *in π. ff. d. Us. & habit.* reperiri putavit in *Operis servorum*, quæ demum cum personâ debentis servi intereunt: (Et tamen illæ non ex morte ejus, cui debentur, uti nec ex jure illius, aut ἀχρηστία ejusdem. *v. C. A. d. Op. S. th. 3.* pen-
6 dent.) item † in fructu sinè usu idem quæsivit, eam in rem citans *l. 14. §. f. d. Us. & Habit. l. 5. Usufr. quemadm. cav.* quæ quidem in istam sententiam me pertrahere non possunt: ut

potiùs

potiùs in fructu ejusmodi idem, quod in Usufructu, (qualis reverà & ipse est,) asserere malim. Plus ergò † in re est circà habita- 7
tionem, quàm in persona: & sic facti esse dicitur. Unde † apparet 8
malè hoc ipsum intellexisse, qui obvertunt, non minus juris esse in habitatione, quàm in Servitutibus cæteris, esse enim & habitationem *jus in re*, seu servitutem. Adeòne † possessionem facti 9
non dicemus? (cùm & in hâc, quantum ad effectum possidendi, quoad personam, nil intersit, an bonâ an malâ fide illa possideat, quòdq; in acquirendo & amittendo factô etiam constet,) quia & ipsa jus in re est? Neque † ususfructus pariter facti esse dici pos- 10
set, in quô tamen jus quoq; personæ attenditur. Porrò etiam
† quod *Connanus Lib.IV.c.V.n.5.* adfert, rem non conficit, quan- 11
do ait: *Habitationis & aliorum fructuum dissimilis est ratio: fructus enim colliguntur, & iis collectis posteà utimur: ideò jus percipiendi usus vendi non potest, sed percepti fructus possunt. Habitatio verò in ipsa perceptione consumitur, & dum consumitur, percipitur, i.e. cùm jure suo utitur cui legata est, eodem temporis momento conficitur, alienatur.* Nam † si vel usufructuarius habitet, hæc habi- 12
tatio non minùs vendi potest: & quæ jure usufructûs competit habitatio, in jure personæ consistet nihilominùs, & facti adeò non erit; erit verò facti illa habitatio, quam formaliter talem nuncupamus. Quâ autem † ratione non tantùm fructus, sed etiam 13
jus ipsum utendi fruendi, ex personâ tamen usufructuarii æstimandum, vendi possit, de eo alibi jam actum est. Similiter † non 14
opus est, ut ostendamus, quibus modis Habitatio juris sit, veluti cùm quæstum facere sit juris: *l.19 §.1.ff.d.Usufr.* & ex habitatione quæstum facere liceat, eandem quoque juris esse oportere: Itidem † quòd nomine ejus actio jam olim competierit, *l.1.§.1.Commod.& l.17.Pr.V.* sicque aliquid juris eam habere necesse sit: ve- 15
lut arguit *Bachovius, in Comment.ad §.5. Inst.d.Us.& Habit.* Et
nescio * quid velit disceptatio inter *Andream & Accursium* 16
JCtos, quorum *Ille* eum, cui commodata est habitatio, factum; sed *Accursius*, & rectè quidem, jus habere contenderant. Imò vero
* non posset commodari, nisi quid juris in eâ foret: nec locari 17
item. Et multùm interesset, an quis ipse habitaret, an mercedem
habitationis ex domô perciperet? Interim facti * plurimum ha- 18
bet suo sensu, quod nec in jure aliâs novum est, & præter superiùs

recensita etiam *Precarium* facti, non juris, esse, suô modô dicitur. *in l.17.ff.commun.prædior.*

1 VIII. An autem * rectè *servitus mixta* dicatur Habitatio? cum *Cæpollâ in c.*III. *d.S.V.P.* & *c.*VI. *pr.* eò quòd personæ à re debeatur: ceu Idem ejus generis Servitutes Usum & Usumfructum

2 esse docet, de eo facilis est conjectio. Neque enim * eadem observatio *Vultejo in Lib.*II. *j. p. Rom. c.*LXIII. *lit. b.* placuit, (quòd habitatio tam rem, quàm personam respiciat,) quia ita ex censu Servitutum personalium eximeretur: nec videre se ait, cur non eodem modô usus reliquarum rerum ad rem & personam perti-

3 nere possit. Equidem * linquamus hâc in re Dd. Veteres, cùm omnes Servitutes in secundô, ut dicitur, Objectô Juris repositæ, Rerum sint; hæ autem reales iterum quæ rei, personales quæ personæ, citrà respectum rei alicujus dominantis, debentur: nullaque mixta sit, quæ partim personæ, partim verò rei dominanti, (à qua

4 semper jurium horum fit denominatio,) præstetur. Quòd si * verò persona rei servit, tum servitutem hanc propriè dicere non licet, verùm potiùs illa obligatio personalis est. ùt *in l.17. ff. d. condit. & dem. l.17. d. alim. & cib. legat. & l.44. ff. d. Manum. testam.*

1 IX. *Dividua* † deinde est habitatio: *l.34. pr. ff. d us. & usufr. legat.* prout Ususfructus etiam dividuus est, *l. 1. §. 9. ad Leg. Falc. l. 19. ff. d. Us. & Habit.* atque *pro parte* etiam *divisa* constitui potest; *l.5. ff. d. usufr. l.81. pr. ad L. Falcid.* saltim uti fructûs divisionem recipiunt: Aliàs enim uti jus est, etiam *in individuo* consistit. *v. Bachov. vol.1. ad Tr. D. XVI. th.3. k.* Sed *Usus* etiam quoad emolumenta individuus est: *d.l.19 d. Us. & Hab.* itemque Servorum Operæ, quæ idcircò ad usum quàm usumfructum magis ac-

2 cedunt. *l.5. ff. d. oper. servor.* Tandem † gratuita plerunque est habitatio: & sic ergò habitator in rebus suis illatis *tacitam hypothecam* non patitur. *l.5 ff. in quib. cc. pig. tac. contrah. v. tamen. l.2. eod.*

SECTIO VI.

De Habitationis Fine.

DE *Fine* Habitationis † ut plura notemus, operæ non est pretium: itaq; in vicē ejus ex *Surdi P. I. Dec. CCCXXVI. n.12.* de Locatâ habitatione, seu domô potiùs, observemus, si is qui domū amplā *pro legendo* vel etiā *hospitiū exercendo* conduxit. ob bellū ingruens in unô alterove impeditus fuerit, quòd tunc, licèt interim domū inhabitaverit, remissionem tamen pensionis consequatur.

SECTIO VII.

De Effectibus Habitationis.

MEMBRUM I.

De Commodis Habitatoris.

I. E*ffectus* † Habitationis paulò latiùs exequamur. Licèt 1
autem *Usufructuarius* ædium inhabitare eas non minùs possit. *l.10. §.ult. d. Us.& Hab.* Tamen etiam eas *aliter, quam ad inhabitandum* rectè adhibet, (*v. tamen l.13.§.8. & l.27.§.1.ff. d. Usufr.*) & omne exinde emolumentum percipit. *v.l.7.§.1.eod.* Unde * non solùm ab *Usuario* secernitur, ad quem 2
nullus quæstus, nullæ mercedes spectant; *l.39.ff.eod.l.videamus.d. Usucap.l.10.ff. comm. div.* sed ab * inhabitante hactenus, quòd 3
hic tantum illud, quod *facto habitandi* circumscribitur, sibi asserere; & tamen *mercedes* habitationis nomine exinde redigendas non minùs percipere possit. Usuarius * porrò liberrimè domo 4
utitur, eamque cum *familia* inhabitat. *l.2.§.1.ff.d.Us.& Hab.* cujus cùm potior pars sit *uxor*, de hâc an unà cum marito habitare posset, (præcipuè quòd uxor accessio mariti rectiùs videretur,) ne quidē Veterum aliquis, indeque nec Justinianus dubitavit. Neq;
* si præter usum posset fructus ex domo redigi, eum proprieta- 5
rio debet. *l.15. pr.* veluti si domus amplissima sit, & quâ ipse non indigeat. *l.pen. §.f.d. V.& Hab.* Sic enim * alii spatium illud, cui 6
velit gratificabitur. *l.22.eod.l.2.& 4.eod.tit.* Et * quamvis in ne- 7
cessitate Usuarii non sit *hospitem* recipere, & quidem cum exclusione Domini; tamen in eodem usu hospes cum usuario convenire videtur, ut quasi ipse utatur. *l.plenum.§.f.eod.* Sanè * *Q. Mu-* 8
tius primus admisit, ut *Vir* cum Uxore habitaret; *l.4.§.1.ibid.* Et

9 * *Justinianus in* §. 2. *Inst. d. t. per illud: vix*, ad *hospitem* præcipuè collimat: Qui videlicet est ille *alius extrà familiam*; nec tamen per eum designatur tantũ *peregrinus*; sed cui ex more veterum ex singulari amicitiâ jus mutuum privati hospitii erat.

1 II. Quid si * verò is ipse, cui habitatio relicta est, *proprias* ædes habeat, an nihilominus inhabitare poterit? Videtur quòd non: quia *alimentorum* ea semper est conditio, ut eatenus debeantur, quatenus alimentarius illis opus habuerit. *Anton. Faber. Lib. IV. Cod. Tit. VII. def.* 20. *n.* 2. *Dd. in l. libertis.* §. 1. *d. aliment. & cib. legat.* Sed non alimentatio sola est *causa* Habitationis, verùm etiam beneficium, amor, merita ejus, cui habitatio relicta est: Ubi
2 autem * duæ causæ reperiuntur, ibi unâ licèt cessante, reliquæ tamen rem sustinent. *l.* 8. §. 2. *ff. d. reb. Auth. j. poss. Tiraquell. Reg. cessante causa. Limit. XXII. n.* 1. *seqq. Barbos. in Axiom. Lib. III. c. X.*
3 *Ax.* 12. *Limit.* 3. Idque * cumprimis etiam in eo casu procedit, wann einer Krafft Fürstlr. Begnadigung freye Wohnung hat. *arg. l. ult. ff. d. Const. Princ. Reinking. Lib. II. d. R. S. & Eccl. cl. II. c. VIII.*
4 *n.* 36. Ita ut * ejusmodi habitationem locare etiã cæt. par. posse vi-
5 deatur: Uti * quidem aliàs habitatorem locare posse habitationem sibi constitutam hodiè quidem, (postquam Proculianos in
6 *l* 13. *C. d. Usufr.* Justinianus approbavit,) certum est. Utique * *servitutes reales* locari non possunt. *l.* 44. *ff. Locat. junct. l.* 19. §. 1. *d. Usur.* eò quòd fructus servitutis, quem conductor perciperet,
7 nullus sit. *d. l.* 19. Usus autem * ei cui concessus est, ita cohæreat, ut ad alium transire non possit. §. 1. *Inst. d. Us. & Hab.* Dominus
8 * tamen locare potest, sicque ob utilitatem contrahentium ad tempus alicui servitutem prædialem constituere, aut precariò
9 concedere. *Locamer. Qu. Just. CLXXV.* Sed * nec *Usus* locari potest; nisi id Testatorem voluisse verosimiliter constet. *l. planum*
10 §. *Equitii. ff. d. Us. & Hab. conf. Carpzov.* I. *Dec.* LXIX. Potest * autem & ususfructus *l.* 12. §. 2. *l.* 13. §. *ult. d. Usufr.* & habitatio: idque
11 * etiam seorsim, ut ipse Habitator non simul inhabitet. §. *sed cui. Inst. d. V. & H. conf. Alex. cons.* CCXXIII. *Socin. cons.* CCLXXXI.
12 *& Fulgos. cons.* CCVII. Nam usuarius *, si & ipse inhabitet, inqui-
13 linum recipere potest. *l.* 2. *in f. l.* 4. *ff. d.* U. *& H.* Nec tamen * habitator ad alium, quàm usum habitationis, ædes rectè locat: uti

quidem

quidem poteſt Uſufructuarius: Omninò enim plures alii uſûs ædiũ eſſe poſſunt, quàm ad inhabitandum. * Quânam verò ratione, ut locari poſſit habitatio, receptum eſt? Reſpondet *Andlerus in Medull. Iuſtin. p.104. d. Vſ. & Habit.* quia quæ ſunt facti, hodiè per alium rectè præſtantur. *l 13. C. d. contrah. ſtipul.* Juſtinianus ſimpliciter *in* §.5. *Inſt. d. Vſ. Hab.* ait, ſe habitationem habentibus, *propter rerum utilitatem*, ſecundùm *Marcelli* ſententiam, ſuâ deciſione (*Legis ſc.* 13. *C. d. Vſuf. & Habit.*) permiſiſſe, non tantùm in eâ degere, ſed etiam aliis eàm locare. * Sed num etiam Habitationem *ad longum tempus* Habitator locare poteſt? Cùm locatio ad longum tempus ſit alienatio, juxta *Knipſchildum. c.* XI. *n.*138. *d. Fideic. Famil.* Imò v. non eſt alienatio: & annon alienari habitatio ab habitatore queat, jam dicemus. De eo * etiam *Afflictus in Dec.* CCCCI. *p.*616. diſquirit, an *Donator* domûs alicujus, ſalvâ habitatione dum victurus ſit, invitô donatario domum alii rectè locet? *Feudum * habitationis* utique rectè locatur; nſ. commodum Domini ſub eo verſetur, ut ipſe vaſallus inhabitet; aut etiam perſona ejus electa ſit, quod in artificibus plerumque ita ſe habet, atque in eo, quem velut Ictum aut Medicum dominus ibi ſubſiſtere cupit. *Henr. Roſenthal. cum aliis in c. II. Concl.* LXVII. *d. feudis. lit. d.*

14 15 16 17

III. De *Ædibus * Parochialibus* non immeritò dubitatur, an etiam earund. habitationem Parochi aliis *locare* poſſint? Dicendum eſt quòd ſic, idque etiam Jure Saxonico. Nam quod * in *Ord. Eccl. Saxon. Elect.* habetur: Daß ſie die Pfarrherrn keine Haußgenoſſen einnehmen können: Illud in Paſtoribus, ſi cum illis alii habitent, peculiarem rationem habet: Allerley Gefahr/ ärgernüß und Schaden / zuvermeiden / welche offtermals hieraus erfolgen. Unde * quò minùs *ſeorſim* locare poſſint ædes parochiales, ſi proprias ædes ſuas inhabitare malint, aut etiam quando in filialis Eccleſiæ loco ſint, nihil impedire videtur. Equidem * *Carpzovius in Lib.* II. *Juriſpr. Eccl. Tit.* XXII. *def.*353. ideò contrarium aſſeruit, quia ſit *Vſus.* Unde quòd inquilinũ juxta ſe recipere poſſint Paſtores, ipſe largitur. At v. * jam dictum eſt, hoc ipſum Paſtori non licere; ſeparatam v. locationem ei permiſſam eſſe, ſi illa abſque detrimento Eccleſiæ fiat: de quo * ex ſuo arbitrio cùm Paſtori

1 2 3 4

statuere integrum non sit, ideò requiritur das Vorwissen und die Vergünstigung des Collatoris und der Kirchväter. Quod quidem
5 * & ipsum Carpzovius, dum naturæ Usûs adversari videret, per secessum ab Ordinat. Ecclesiast: introductum fuisse, atque permissionem facilè per eos, qui Jura Episcopalia exerceant, fieri potuisse, minùs rectè tradit. Nam hæc * Jura utique non exercet Colla-
6 tor & P.P. Eccl., de quibus ipsa Ordinatio. 2.) Non potest ab Ordinatione Consistorium recedere. Quid etiam 3.) quòd hîc, in quonam abinde recessum sit, non deprehendatur. Ut adeò licet ob d. rationem Pastori non sit permissum, Einen Miethmann und Haußgenossen zu sich in die Pfarre zunehmen/ noch darin einige Stub und Kammer umb Geld andern zuvermiethen; ex natura tamen & Jure Habitationis domum seorsim aliis locare non prohibeatur.

1 IV. Nunc * de *Donatione* videndum est, an sub eam cadat habitatio? seu an *Habitator* habitationem alii donare queat; nam *Dominum* id posse non ambigitur; sicuti usum non potest donare, vendere Usuarius; potest autem donatione, venditione eundem Dominus constituere Usuario. *Ususfructus* * quidem do-
2 nari potest: *l.12.§.2.l.38.l.40.ff.d.Usufr.* cujus rei in eo rationem frustrà quærit *Coll. Argent.* 6. 27.*d.Usufr.* quia usufructuarius locô ususfructus qui recipiat: donando enim sibi eum devincire alium. l. 25. §.11.*ff.d.Hered.Pet.* Ita v. quælibet servitus donari poterit: & num non potiùs *liberrimam* de rei emolumento *disponendi potestatem*, circà donationem ejusmodi, in Usufructuario, respiciamus? Deinde * *Commodari* potuit habitatio jure Di-
3 gestorum. *l.1.§.1. Commod.* quem locum *Bachovius ad* §. 5. *Inst. d. Us. & Habit.* minùs rectè de constituendâ de novo per commodatum habitatione; non de constitutâ, interpretatur. Ne-
4 que enim * eum juvare potest, quòd cùm locari Jure Digestorum non potuerit habitatio, etiam commodari non potuisse censea-
5 tur: Nam * quòd commodari potuerit, non adeò tum quoque liquidum fuit, uti ex *l. 17. pr. ff. d. P. V.* colligere est: Videlicet
6 * opiniones illæ in Pandectis fluctuantes per *Justiniani Constitutionem* in *l. 13. C. d. Usufr.* compositæ sunt. Ex quâ tamen
7 * malè idem *Bacchovius d. l.* argumentatur, quamvis habitatio Pandecta-

Pandectarum jure donari non potuerit, per *l.* 10. *pr. ff. d. Vſ. & Habit.* (Non obſtante *l* 9. *ff. d. Donat.* quæ cū *ſimilib.* de habitatione cōſtituendâ loquitur. Tamen quòd nunc, ubi locari eam poſſe, item commodari, ex *Juſtin. ſanctione* liquidò appareret, etiam donari eam poſſe concludendum ſit. Indigna etenim † hæc Con- 8
cluſio eſt *Bachovio*: & cùm *utilitatis cauſa* receptum eſſe dicatur *in d. l.* 13. *C.* ut habitatio locari poſſit: Hinc Alii nonnulli facilè arguunt, vel ideò fruſtrà habitationem donari, quia in donatione nulla ſit utilitas. Mihi † equidem res ipſa, verùm ratio ejusdem 9
minùs probatur. Nam *utilitas* non pro emolumento ibi capitur, indeque rectiùs dicimus, cùm nec *vendi* poſſit habitatio, in quo tamen eſſet utilitas, ideò donari & ſimilibus titulis aliis cedi habitationem non poſſe: quia illis habitatio alienatur, commodato aut locatione non item: quippe † quâ mediante commodiùs il- 10
lud præſtari poteſt, quod facti eſt, ipſeque habitator ſervitutem habitationis ſibi ita ſervat, ut ubique in inhabitando potior ſit, cùm ipſe ædibus indiguerit.

V. Dum vero † donari habitationem non poſſe nunc aſ- 1
ſerimus, eâ in re, *Conſtitutione Juſtiniani in d. l.* 13. *Cod* nitimur: ubi Juſtinianus: ***ad humaniorem declinare ſententiam nobis viſum eſt, & dare Legatario etiam locationis licentiam. Quid enim diſtat, ſive ipſe legatarius maneat, ſive alii cedat, ut mercedem accipiat.*** Non per hoc † excluſum eſt Commodatum, cùm non mercedem in- 2
tueatur Juſtinianus; ſed quòd eô, quo dixi, modo, per alium habitator ſervitutem retineat. Non etiam † per hoc commodare 3
habitator habitationem prohibetur, quòd Commodatum genus liberalitatis ſit, & ad donationem quadantenus accedat. *l.* 17. *§.* 3. *ff. Commod. l.* 1. §. 1. *ſeqq & l.* 2. §. 2 *d. prec.* 2.) Uſui ſimilis ſit habitatio, *l.* 10 *pr. d. Vſ. & Hab. l.* 32. *ff. d. uſufr.* uſus autem nullatenus commodari poſſit. 3) Nuſpiam habitatori conceſſa ſit commodandi facultas; niſi etiam habitator in eand. domum juxta ſe commodatarium recipiat. *l.* 4 *pr.* §. 1. *ſeqq. l.* 8. *pr. d Vſ. & Hab.* Nam ad hæc & ſimilia facilè reſpondetur. v. interim. *l.* 1. §. 1. *commod. & l.* 17 *ff. P. V & Fr. Balduinum JC. in Juſtiniano. p.* 176. *ſeq.* ***Donatio*** autem † à Juſtiniano ne quidem per ſequentia admittitur, quan- 4
do ait: ***In tantum etenim valere habitationem volumus, ut non ante-***

cellat

5 *cessat usumfructum.* Quamvis enim † sic instare possis: ergò ea minimùm habitatori, quæ usufructuario competunt, debebuntur: Tamen cùm ea, quæ suprà de harum servitutum differentia docuimus, planè aliud conficiant, intentio Imperatoris sequenda est, qui proprietatem ædium non protinus relictam censeri, quando relicta esset habitatio, definiturus erat: uti nunc sequitur:
6 *nec dominium habiturum.* Quasi † diceret Justinianus, ne quidem illud habitatori, quod usufructuario, circà rei emolumentum convenit: jam verò Habitator Usufructuario major foret, si etiam proprietatem sibi asserturus esset. Solum proinde Dominium non excipitur aut abjudicatur habitatori; sed ad alteram Quæstionem ibi propositam directò respondetur.
1 VI. *Vendi* † etiam non posse habitationem modò statui:
2 Licèt possit Ususfructus. Nam † *Ususfructûs* non tantùm *commoditatem* vendi posse, cum Dd. *ap. Castillo in c.* LXIX. *d. Vsufr. n.* 7. asserendum est: quasi *jus* ususfructus alienari nequeat; sed *ipsum* quoq; *jus*; modò emptor re nomine Usufructuarii utatur, ut ipse adhuc videatur uti Usufructuarius. *l.* 12. § 2. *l.* 38. *seq. ff. d. Vsufr.*
3 *l.* 29. *quib. mod. Vsusfr. amitt.* Ubi † notabilis inter *venditionem* ususfructûs, & *donationem* ejus, est differentia: Siquidem licèt Emtor non utatur, uti tamen putetur usufructuarius, ipsumque Usumfructum retinere, quia pretium habet. *d. l.* 38. *ff. d. Vsuf. l.* 35.
4 §. 1. *eod. l.* 33. *seqq. d. pecul.* Sed non † videatur uti, quando donatarius non utatur, quasi beneficium non agnoscens: *l.* 40. *ff. d. Vsufr.* ut tamen & sic donatio non eò minùs valeat. *v. l.* 12. §. 2. *ff. d. Vsuf.* Adhibe *l.* 97. *d. Vsufr. l.* 8. §. *f. d. peric. & comm. rei vend.* §. 1. *d. us. &*
5 *hab. junct. l.* 8. *C. d. donat. int. vir. & ux.* Contrarium † quòd jus ususfructus vendi non possit, nec cedi alii; sed protinus *finiatur* & ad Dominum redeat *per* §. *fin. d. Vsufr.* vult *Franzkius Exerc. V. Qu. V. cum aliis*, præcipuè per *l.* 66. *d. I. dot.* permotis. Equidem
6 † *Cessio in d.* §. *pen. Inst.* cessionem in jure denotat, per quam totum jus à se abdicabat cedens, atque res ei, cui cessio fiebat, addi-
7 cebatur: quod fieri ab usufructuario non potest. Aut † verò, cùm cessio alibi promiscuè usurpetur, ùt *in l.* 23. *pr. d. Liber. caus. & in l.* 13. *C. d. us. & habit.* dici potest, per cessionem extraneo factam *nihil agi*, ad hoc ut ususfructus *finiatur*; sed cum quandoque ad proprie-

Proprietarium, ex jure Usufructuarii, reversurum esse. *Lex* autem *66. de Jur. dot.* nil quicquam facit pro dissentientibus. Nam † ibi *Pomponius* tradit, quomodo fieri debeat solutô matrimonio, usufructûs in dotem ab extraneo dati restitutio. Remedii † loco non poterat esse *vera venditio*: siquidem usufructus dotis, quatenus dos est, ad maritum solutô matrimoniô ampliùs non pertinet, & ideò nullum jus habet, quod per venditionem transferre possit. Quatenus † verò est usufructus, ita personæ mariti cohæret, & tamen ab eo uxori vendi non potest, cùm ei dotis nomine usufructus restituendus sit, postquam tempus reddendæ dotis adest, licèt usufructu nondum finitô. Hinc ergò † per venditionem *imaginariam, (d. quâ v. Gothofr. ad l. 11. d. pignor.)* penes maritum jus remanere, & simul perceptio ad uxorem transire potest: adeoque in casu illo speciali. quem & *Vinnius in Comment. ad* §. 3. *Inst.* agnoscit, ea tantùm distinctio procedit, inq; venditione imaginaria attenditur: cùm † si vera venditio tantùm facultatem fructus percipiendi transferre potuisset, nulla fictionis introducendæ fuerat necessitas. Aliter † *Bachov. ad Treutl. in vol. 1. D. XVI. th. 10. lit. a. b.* rem dijudicat, quando jus quidem *personale* non transferre Usufructuarium, docet; verùm unicè jus *reale*: cujus simile fit in hærede, qui hæreditatem, sed non jus personæ (*repræsentativum*,) in alium transferre queat. Videtur † tamen habitatio per venditionem transire posse, quia super eâdem transigi potest, *in l. 8. ff. d. Transact.* Nam & ibidem, si ad habitationem certa quantitas annua relicta sit, & transigatur, ut præstetur habitatio, valet transactio: & si pro habitatione certâ quantitatem præstare placuerit, non minùs valet. Verùm † de *constituenda* habitatione per transactionem prior species loquitur: & posterior venditionem non continet; imò in casu *dubio* Legatario vetitum esse non debet, ut quodvis è Legato servet.

8
9
10
11
12
13
14
15

VII. *Pignori* † non rectè dari videtur Habitatio: uti † nec pignori dat, qui *utitur*, cùm datio illa ad causam fructûs & non usûs pertineat. *l. ult. d. usur.* Atque † si usuarius nec vendere potest, *l. 8. 11. d. Us. & Hab.* nec etiam potest habitator: tum verò neuter etiam *pignori* jus suum rectè concessurus est. *arg. l. 9. ff. d. contr. emt.* Nonnunquàm † Habitatori *ad usum specialem* ædes

1
2
3
4

adhibere interdicitur, uti in ædibus Parochialibus Parochum
admittere non posse videmus, ut in eisdem institui ac *celebrari*
5 *nuptiæ* possint: cujus * equidem prohibitionis in eô rationem
minùs rectè collocat *Carpzovius Lib.* II. *Jurispr. Consist. Tit.*
XXII. *def.* 354. quia Parochis tantùm *usus* ejusmodi ædium con-
6 cessus sit. Num * enim usuario tale quid permissum non fuerit?
maximè quòd habitatio ejusmodi convivarum non sit continua,
sed *receptio transitoria*; imò vero planè nil contineat habitatio-
7 nis. Ratio * potiùs specialis est. Et in *conjunctis* Parocho *personis*,
veluti Filiabus, admittitur. Admittetur etiã quoad personas alias,
8 quibus cũ periculo suo gratificari vult habitator alius: Nec * adeò
in ipsa naturâ habitationis, uti nec usûs alius, sed potiùs in con-
ditione habitantis, cùm Parochus comessationibus, (sinè quibus
vix Nuptiæ transeunt,) interesse non debeat, aut domum suam
iisdem porrigere, ratio vera prohibitionis quærenda est.

1 VIII. Et sic quidem quomodo circà ipsum jus Habitatio-
nis, seu *servitutem*, disponere possit Habitator, expeditum est. De
Proprietate quidem statuere non potest, utut Antiquitas dubi-
taverit: num rectè sibi is, cui habitatio relicta erat, dominium vin-
dicaret? quippe quòd Testatores sæpè proprietatem nomine
habitationis der Wohnung/ (quæ vox hactenus dem Einsitz con-
2 tradistinguitur,) indicare soleant. Sed dubium * hoc *in l.* 13. *C. d.*
3 *Usufr. & Habit.* per Justinian. Imp. decisum est. Unde * cùm *Jo.*
Brunnemannus ad l. 11. *C. eod.* de ratione dubitandi sollicitus sit,
4 quam nullam se in ea reperire conqueritur. Ideò * dicendum est,
vel 1.) quòd Impp. inibi à Theodoro consulti, ad quæstionem
ejus, qui & ipse cum Antiquitate circà jus habitatoris fluctua-
bat, responderint: sicque licèt nunc, ubi de Habitationis naturâ
rectiùs constat, de eo, quòd Habitator de proprietate statuere
nequeat, nullum ampliùs dubium supersit: antehàc tamen res
5 non ita expedita fuerit. * Vel 2.) largiendum est, sæpiùs ea etiam
in Cod. inculcari, quæ inter peritos rationem dubitandi non ha-
6 bent. Nam * ita in *l.* 9. *C. eod.* de usufructuario iidem Impp. con-
stituunt, quòd ille proprietatem rei alienare non possit. *conf. l.* 4.
C. d. his qui à non Dom. manum. & *Castill. c.* LXIX. *n.* 16. *d. Usufruct.*
7 * Aut 3.) respondebimus, Impp. requisitos de eô: num valeat Te-
statoris

ſtatoris diſpoſitio, qui cùm Habitator eſſet, Habitationem cuidam legaverat? Sub diſtinctione, adeoque pleniùs, reſpondere maluiſſe. Si quis habitator Habitationem alicui poſt mortem ſuam reliquiſſet, quod fecerat Teſtator, nullum ſit Legatum, eò quòd Habitatio morte Habitantis finiatur; *d. l.* 11. *in pr.* non attentô, quòd rei alienæ Legatum aliàs valeat Nam * etiamſi *ſuam* 8
habitationem legaſſet; tamen non niſi *Servitutem* habuit; quæ cùm poſt mortem ejus non ampliùs in rerum natura ſit, quomodo ejus, tanquam rei extinctæ, debebitur æſtimatio? Alterum
* membrum eſt, ſi Habitator proprietatem ædium legâſſet: quòd 9
tunc Dominũ, qui Dominiũ vindicaturus eſt, non excludat Legatarius. Cui quidem membro ſi quis, præter ea quæ anteà dixi, rationem dubitandi quæreret, ea vel tunc ſe exſeret: ſi Impp. de *errore juris* accipiamus, quo Teſtator ductus fuerat, dum ad ſe quoque proprietatem pertinere opinaretur. Quòd tunc & Dominus rem vindicare, &, quod quidem explicitè in textu non habetur, hæres ne quidem de æſtimatione per Legatarium adſtringi poſſit. Imò ſic * etiam fortaſſis propiùs ad verba textûs dubi- 10
tandi rationem aptamus, ſi quæſitum eſſe intelligatur, de hærede legantis, an hic, ſi ejus ſit proprietas, quæ non fuerat anteceſſoris, poſſit ideò domum, (non obſtante, quòd aliàs factum defuncti præſtare debeat,) ſi conſtet, ejus proprietatem per errorem juris à Teſtatore legatam eſſe, à Legatario extorquere: illudque ab Impp affirmetur. Videlicet * factum defuncti erroneum & 11
contrà legem hæres ſequi obſtrictus non eſt: ùt nec alienationẽ, *l. cùm à matre.* 14. *C. d. R. Vind. v. Menoch. Conſ.* LXXXIX. *n.*6. *ſeqq.* & in ſpecie non eam, quam defunctus nulliter fecit. *l.* 7. *C. d. Agricol. & Cenſ. Pinell. in l.* 1. *C. d. bon. matern. Part.* 3. *n.* 83. *Carpz.* II. *Conſt.* XIV. *def.* 70. *n.* 10. & cuicunque Lex refragatur: *Anton. Fab. Tit. C. d. hæred. act. def.* 1. ut ipſe defunctus contrà factum ſuum venire potuiſſet. *Reinking. d. R. S. E. E. pag.* 301. Quòd ſi * ta- 12
men adeò enixam fuiſſe Teſtatoris voluntatem appareat, ut etiamſi ſciviſſet, ſibi de proprietate rei, in quâ ſolùm habitatio ei competebat, diſponere non licere; tamen domum Legatarii eſſe voluiſſet: ita verò nulla ratio eſt, quæ hæredem à præſtatione ejus liberet: quippe qui, cùm ad rei alienæ, de quâ Teſtator diſ-

posuit, Legatum obstringatur, multò magis in re propriâ Testa-
13 toris voluntati subjectus est. Cæterùm * *in l.17. C.d.Jur.dot.* casum *Legi* 11. jam explicitæ similem reperiri, sed majori dubitandi
14 ratione niti putant. Ego verò * si ùt jam traditum est, *Lex* 11. exponatur, non tantam similitudinem, & ne quidem si *Lex nostra*, prout jacet, simplici sensui relinquatur, majorem in eâ dubitandi, sed potiùs magis favorabilem decid. rationē, ne consolidatio impediatur, sicque dos nulla sit, deprehenderim.

MEMBRUM II.
De Habitatoris Oneribus.

1 I. SÆpiùs * ædes quarum Habitatio relicta est, *refectione indigent*, ubi si Testator hæredem jusserit. ut eas reficeret, ita verò etiam mortuo habitatore, adhuc hæres hujus ad interesse contrà hæredem proprietarium agere poterit. *l.* 46. §.1. *& l.*47. *ff. d.*
2 *Vsufr.* Si verò * tale quid injunctum hæredi per Testatorem non fuisset; tum verò non magis hæres reficere debebit, quod vetustate jam deterius factum Testator reliquit, quàm si earundem pro-
3 prietatem hic alicui legâsset. *l.* 65. §.1. *ff. eod.* Secùs * se res habet, wann einer mit guter Wohnung versehen seyn soll/ nam ita ædibus devastatis aut collapsis, quas etiam nunc inhabitabat, aliæ ipsi
4 præstandæ sunt: id quod * cumprimis obtinet in his personis, quæ ædes publicas inhabitant, denen Bedienten / welchen man freye Wohnung zuverschaffen gehalten ist: cùm quidem si in certâ quâdam domô mihi habitatio constituta sit, eâdem collapsâ, etiamsi restauraretur, in restauratâ illâ habitatio non etiā revivi(cat.
1 II. Sanè si quid † ipse habitator *noviter* exstruxerit, a. ædificaverit, idque necessariò, illud ei resarciendum est: *arg. l* 41.
2 *ff. d. reb. cred. l.* 31. §. *f. d. N. Gest.* ceu † *impensas* in *perpetuam* utilitatem rei, & ultrà tempus conductionis duraturam, factas à conductore, Locator ei refundere tenetur: *l.* 55. §. 1. *l.* 61. *pr. Locat.*
3 *Garsias d. expens. C. XIV. n.* 10. *seqq.* & nec † usufructuarius ea, quæ vetustate & ex opere malè extructo (ceu quod intrà 15. annos apparet, culpâ Mechanici contigisse præsumitur. *Brunnemann. ad l.* 8. *C. d. Oper. Publ.*) vitium capiunt, reficere obstrictus est *l.* 7.
§. 2. *ff*

§. 2. *ff. de Usufr.* Ita † simili ratione sumtus ad ædificationem & *reparationem* Domuum *Ecclesiasticarum* ex ærario Ecclesiæ, ad moderationem Superintend. & Patroni desumuntur, ipsaque re- 4
paratio per Ædiles sacros, die Kirchenväter/ procuratur & absol-
vitur, nisi † diversũ quid consvetudo introduxerit, *Carpz. Lib.* II *Ju-* 5
risp. Eccl. Tit. XXII. *def.* 338. oder es aus mangel des ærarii unnd Kastens
von denẽ Eingepfarrten geschehen müste. *conf. & defin.* 350. Quibus
verò † *modis* Dominum ad reficiendũ Usufructuarius vel habita- 6
tor adigere queat. *v. ap. Klock.* II. *vol. Consil.* LXXV. *n.* 22. 23. Utique
velut † *Conductor* ostia & fenestras corruptas restituere tenetur; 7
l. 15. §. 1. *l.* 25. §. 2. *ff. Locat.* modò etiam integras acceperit. (Est enim *reficere* nil aliud quàm tueri id quod accepimus. *l.* 44. *ff. d. Usufr.* ut qui reficit nil innovare dicatur *v. l. quod tamen.* §. 1. *quib. mod usussfr. Lancell. p.* II. *d. Attent.* C IV. *Lim.* 1. *Schrader. P.* II. *d. feud.* C. III. n. 44. *seqq.* quanquam latiùs aliquando accipiatur, ùt *in l.* 1. *pr.* §. *reficere. ff. d. Rivis. & l.* 11. *ff: comm. prædior.* † Atque *Usu-*
fructuarius quoque refectionem *debet*; *l.* 7. *C. d. Usufr. Klock. c.* X. 8
d. Contrib. sect. 1. *n.* 46. *Garsias d. Tr. c.* XI. *n.* 5. Imò & *Usuarius*, si omne commodum ex re habeat: *v. l.* 18 *d. Us. & Hab. l.* 7. §. 52. *l.* 27. §. 3. *d. Usufr.* Cùm alias ne quidem ad *modicas* impensas te-
neatur: *dd. ll.*) *Ita etiam *Habitator* hauddubiè ad refectionem ob- 9
stringetur. h. e. ut ædes sartas tectas servet, Daß er von seinem eige-
nen das Hauß in baulichem Wesen erhalte/ dasselbe alß ein guter Haußwirth an Ofen/ Thüren/ Fenstern und Leimen Wänden/ Zäunen/ Dachungen und was dergleichen sein mag/ Jährlich bessere/so lang als es sich erhalten lassen will; Wie dann nicht weniger/ daß er alles das/ so von Jhm oder seinem Gesind durch täglichen gebrauch verwüstet und zerbrochen wird/allezeit wiedrumb ergäntze und herbeyschaffe. *Conf. Besold. in Thes. Pract. voc.* Dach und Fach.

III. Neque * solùm necessarias refectiones facturus est 1
habitator; *l.* 7. §. *f. d. usufr.* nisi ædes derelinquere vellt. *l.* 48. *l.* 64 *d.*
Usufr. Sed * etiam *voluptatis* causâ, ùt in tectoriis, pavimentis & 2
similibus: *l.* 7. *in f. ff. de usufr.* quanquam *de novo* quid facere non possit, quod voluptati inserviat: nam ità frustrà satisfactionem pro *melioramentis* peteret. *Prückmann. consil.* XX. *n.* 69. Quod v.

 *jam

3 * jam est voluptuarii in ædibus, illud adeò dejicere non potest, ut ne quidem loco illius aliud quid, quod ad reditum spectat, (imò nil quicquam quod etiam melius est. *l. 8. ff. d. Vsuf.*) reponere queat.
4 *arg. l. 13. §. 4. ff. eod.* Tueri * videlicet debet, quod accepit; nil novi facere, & ne quidem consummare: *l. 6. ff. eod.* uti nec potest ampliare ædes, licèt meliorarentur: *l. 7. §. f. l. 8. ff. d. t. conf. l. 13. §. 7. & f. & l. 44. eod.* nec qualitatem ædium immutare, diætas transformare, vel conjungere aut separare; Non etiam aditus posticasve vertere, refugia aperire, atrium mutare, domum per cœnacula dividere, aut balneum ibi facere; *l. 13. §. 7. & f. d. usufr. l. 7. §. f. eod. l. 18. §. 2. d. damn. inf.* nec novum tectorium parieti imponere
5 potest. *l. 44. d. Vsufr.* Quemadm. * econtrà *Proprietarius* rei usuariæ vel similis speciem ne quidem in meliorem statum commutare valet: eò quòd & sic eô ipsô fieret deterior, quòd contrà alterius voluntatē in eâ quid faceret. *l. 23. ff. d. Vs. & Hab.* Unde nec * invito habitatore ædificium Dominus altiùs tollere potest: *arg. l. 7. §. 1. l. 13. §. 7. ff. d. Vsufr. nec servitutem,* ne consentiente quidem eô, *imponere* ædibus: *l. 15. §. 7. & 8. d. Vsufr. v. Struv. Exerc.* XII. *th. 21.*
6 imò * ne quidem ei *acquirere*, etiam volente habitatore: Contrà quàm sentit *Coll. Argent. Tit. d.* Usufr. *th.* 46.

1 IV. Potest * tamen habitator lumina immittere in ædes, item colores & picturas & marmora inferre, & sigilla, & si quid ad domûs Ornatum pertinet, *l. 13. §. 7. d.* Usufr. atque meliorem reddere habitationem, formâ ædium notabiliter non immutatâ.
2 *d. l. 13. §. 4.* Quid * tamen si quid ultrà quàm debet, impenderit? Ita v. repetere impensas poterit. *l. 7. C. d. Vsufr. Klock. d. Cōtribut. c.* II. *n.* 52. dummodò necessarium fuerit: * veluti wann eine Vermachung umb das Hauß vonnöhten gewesen. * (uti quilibet munire habitationem suam potest, daß er vor unrechtem überfall gesichert seye. *Lib.* III. S. Land R. *Art. 66. & l. per Provinc. C. d. Ædif. Privat.*) Secus n. quòd inædificaverit, nō potest refigere, ut refixum vindicare queat. *l. 15. pr. ff. eod. Conf. Andr. Schaffer, P.* I. *Qu.* XLIII. Repetit * autem impensas ante moram sinè usuris;
5 *Carpz. P.* II. *Const.* XXXVII. *def. 27.* etiamsi magnæ fuerint. *Valasc. d. Jur. Emphyt. qu.* XXV. *n. 36. & qu.* XXVI. *n. 7.* Et cùm * de *Emphy-*
6 *teutâ* dubii sint Authores, num ille domum à se in fundo Emphy-

phy-

phyteutico extructam tollere possit? Ideò in transitu sciendum est, quòd negativa verior sit, cùm hactenus tantum Dominus is attendatur, qui Dominium soli habet, saltim directum. Unde *tam hoc invito tollere domum nõ potest Emphyteuta, quàm nec 7
melioramenta Emphyteusi durante potest vendere: Sed * & hæc 8
ipsa non solùm si casu deciderint; Verùm etiam si Dominus ea emere nolit, rectè tollet. *P. Surdus Dec.* LXXVIII. Quid tamen * si deterius reddat melioramentum: Ita v. Emphyteusi excidet, 10
per *Auth. Qui rem.* C. *d. ss. Eccl.* & multò magis, domum à se in solo Emphyteutico extructam diruẽs, emphyteusi privatur: nsi *v. Dominus ei æstimationem solvere nolit. *v. l. Senatus.* §. *Marcellus. ff. d. Leg.* 1. *Surd. d. l. n.* 10. *seqq. & in Dec.* CCC. *n.* 14. 19. *item Amic. d. Emphyt. Qu. XL*VII. Aliàs * meritò distinguitur, in casu finitæ, 11
per culpam Emphyteutæ, Emphyteuseos, ut tunc si meliorasset rem Ephyteuta, & domum v.c. in solô Emphyteuticô posuisset, illa ad Dominum pertineat. *Franchis Dec.* CXCI. Non etiam * si meliorasset Tertius: nam hic melioramenta non perderet. 12
Amat. resol. 3. Quia * ædificium quidem solo ratione proprieta- 13
tis, sed non item impensarum cedit: ùt rectè *Thessaur. l. QQ.* LXXI.

V. Cùmque † refectionem certô modô habitanti injunxerimus, 1
sive per se ipsum, sive etiam culpâ suorum, rès sit facta deterior: *l. 66. pr. d. usufr. l.* 1. §. *ult. l.* 2. *usufr. quemadm. cav.* quod ita verum est, ut ne quidem tunc absolvatur, si habitationem *derelinquere* velit. *l.* 65. *ff. d. usufr.* Ideò † quoad ipsum habitatorem obser- 2
vandum est, quamvis aliàs, qui habitationem *gratis* habet, seu potiùs, qui in ædibus gratis ex commodato habitat, ad *levissimam culpam* tenecatur; tamen † idem in eô, qui *ex jure in re* servitutis 3
habitat, non videatur statuendum esse: Ut satis sit, si re instar boni Patrisfamilias utatur, ceu nec *usufructuarius* aliter obstringitur. Nonnunquam † peculiares habitationi *Leges* dictæ sunt, veluti ne 4
ignem in domo, ejusve certo loco, habere debeat, *v. l.* 11. §. 1. *ff. Locat.* fœnum non inferat. §. *f. d. l. & l. seq.* Ita v. contrà eas quid admittens utique [illegible]bitur. Quid autem † si ex facto *Tertii,* quem 5
Habitator prohibere non potest, (*l.* 13. §. 7. *& l.* 41. *ff. Locat.*) quid damni oriatur. *v. l.* 33. *& l.* 35. *pr. Locat.* Licèt † tertius Habitantis 6
inimi-

inimicus sit, & odiô ejusd. quid in ædibus committat; tamẽ Habitator de eô nõ obstringetur. *arg. l. 14. ff. Locat. l. 19 ff. commod. Lugo. d. Just. & jur. Disp.* XXIX. *Sect. II. n.* 44. *Pantschmann.* I. *Qu.* XIII.
7 XIV. *Bachov. ad Wes. Tit. Locat. n. XV. Lit. Aa.* modò † habitator *causam* inimicitiæ non dederit. *v. Lübler. d. Incend.* C. II. *n.* 37. *seqq.*
8 *n.* 121. *seqq. &* C. IV. *n.* 8. *seqq.* Nam * eô casu etiam ad *interesse* conveniri posset. *arg. l. 9. pr. §. 1. Locat. l. 19. §. 1. l. 25 §. 1. &* 4. *l. 32. ff. eod.*
9 *junct. l. 66. pr. ff. sol. matrim.* Quod v. † *unà inhabitantes* attinet, utcunque illud quod in ædibus fit, v. c. incendium, per culpam inhabitantium contigisse censeatur, *v. l. 3. §. 1. ff. d. Off. Praf. Vigil. & Bar-*
10 *bos. locupl. Lib. IV.* C. XLVIII. *ax.* III. *Tamen* † si habitatorem convenire velit vel proprietarius, vel etiam illi, quorũ ædes incẽdio pariter absumtæ sunt, *certi* hominis factum ut arguant, necesse est. *l. 11. ff. d. peric. & comm. R. Vend.* Quòd si† enim alius è domesticis, quàm cui ignem custodiendum Habitator commisit, incendio causam præbuisset, Habitator factum ejus non lueret, per l 11. *pr. Locat. l. 27. §. 9. & 11. ad L. Aquil. Stamm. Lib:* II. *d. Servit. Person.*
11 C. XVII. *n.* 31. Uti nec † *hospitum advenarum* culpam præstat, aut multò minùs *uxoris* aut *liberorum*: *Carpzov. Pr. Cr. qu.* XXXIX. *n.* 51. *seqq. & Defin. forens. Lib.* IV. C. XVII. *def.* 13. *item Berlich. P.* IV.
12 *concl.* XXV. *n.* 103. *qui quidem quoad uxorem dissentit.* Sed * hæc in eô casu improvisô incendii ita se habent; de cætero enim damno proprietario habitator tenebitur, quod ex culpâ ejus a. familiæ aliquo modô processit.

1 VI. Porrò etiam † ad *Tributa* & *Pensiones* tenetur Habitator: quippe quæ fundum sequuntur, *l. 7. ff. d. Publican.* atque onus fructuum sunt: *l. 13. d. impens. in rem. dot. l. 2. C. d. annon. l. 32. §.*
2 *6. d. admin. Tut.* maximè † si Dominus, ùt hîc, nihil ex re percipiat.
3 *Garsias d. Expens.* C. XIV. *n.* 18. Vnde † apparet, non rectè onerum præstationem in *Conductorem* conferri: nam hic non tantùm non possidet, imò ne quidem jus in re habet, ùt aliàs usufructuarius; sed etiam in effectu locator fructus percipit. *l. 36. l. 39. ff. d. Vsufr.*
4 conf. *Carpz.* III. C. XVI. *def. fin.* Quomodò † igitur de extraordinariis oneribus tenetur Colonus? quod tame[illegible] aliter quàm rectè *Carpzovius* docet *P.* II. *Const.* XXXVII. *def.* 15. *Franzkius* asse-
5 ruit. *n.* 17. *ad. Tit. Locat.* Interim † illud certum est, quòd Fiscus v. c. in

in exactione collectarum *possessorem* seu potiùs detentorem rei sequatur: qui deinde † præstationem, si tantùm detentor sit, & 6
jus ad rem habeat, ei ad quem res per jus in re pertinet, detrahere potest, uti colonus eam locatori in mercede deducit. *v. Franzk. d.l. n.*171. *seq.* (Non obst. *l.* 32. §. 6. *ff. d. admin. Tut.*) Ità accipe
† *Dn. Taborem*, quando de *Metatorum* sumtibus, *in c.* III. *d. Metat. th.*17. 19. eos conductorem præstare teneri tradit: Quanquam 7
† prætereà die Einquartierung pro onere *mixto* habeatur, ut etiam inquil ni exhinc ad ea nihilominus obstricti videantur. *v. Carpz. Lib. I. Jurisp. Cons. Tit.* VII. *def.* 123. ubi de immunitate *Pastorum* agit. Decimas verò † in effectu præstat conductor: *c.* 24. 8
26. *x. d. decim.* salaria item, & alia onera similia, si quæ de fructuum corpore penduntur. *Klock c. XI. d. Contrib. n.* 177. Ita † enim non 9
rem, sed fructûs, intuemur: cùm quidem *Usufructuario*, cui etiam res affecta est, (quamvis eam non possideat,) onera illa omnia incumbant, quæ occasione rei imponuntur *l.* 27. §. 3. *l.* 59. *inf. d. usufr.* Ut tamen rectè *Garsias in c.* XI. *d. Expens. n.* 59. *seqq.* doceat, quòd Usufructuarius tributum, quod debitum erat, antequam ususfructus constitueretur, exsolvere non debeat: quale quid non minùs in habitatore observandum esset. Cæterùm † quatenus 10
fructum & *emolumentum* rei præstationes illæ *absorberent*, eatenus ad eas nec usufructuarius nec habitator adstringerentur: *l.* 7. 11
§. 2 *l.* 52. *d. Usufr. l.* 32. §. 6. *d. Us. & Usuf. leg. l.* 30. §. 9. *hortos. d. Leg.* 3. *Castill. d. Usufr. c.* 6. *n.* 18. ceu † illud etiam, quod is qui in effectu 12
ad onera tenetur, tempore belli v.c. *ultrà fructus* solvit, à Domino repetere non minùs potest. *v. Mevium in c.* XI. *Levam. Inop. Debit. n.* 40. 41. Ei verò † quod diximus, Fiscum detentorem rei sequi, non obstat, quòd tributa ad eos pertineant, qui pro suo possident. *Amaya in l.* 2. *C. d. annon. & trib. n.* 53. *seq.* Nam † posses- 13
siones tenere, est aliquando fundum quoquo modo obtinere. 14
l. 9. *ff. d. R. Vind. l.* 18. *ff. d. acceptil. l.* 49 §. 1. *d. acquir. poss.* Veluti
† eundem quoque Amayam non sublevat *l.* 44. §. *f. ff. d. Usurp. & Usuc.* Siquidem ex eo textu rectiùs contrarium ostenditur, quòd tenere non idem sit, quod possidere. *Lex* autem 4. *C. d. Agric & Cens.* agit de Colonis Originariis; non de liberis hominibus. Ut adeò ex his liquidum sit, habitatorem non minùs ac in Usu- 15

fructuario se habet, ad onerum praestationem obligatum esse; Tantùm eô casu aliud dicendum est, si quando Habitatio nomine *alimentorum* debetur: nam ita nec usufructuarius ad tributa adstringi posset. *Pinellus in P. III. ad l. 1. C. d. bon. matern. n. 72.*
16 Quid si † *ex duabus domibus una* fieret, an tunc onera, saltim personalia, minuentur, ut quasi unus habitator ea praestet? Asseren-
17 dum est: ceu † in eô casu, quô *in unam domum plures inquilini recipiuntur*, und daß darinn viel Haußgesässe seynd / tot econtrario praestationis personalis onera subire tenebuntur. v. c. Wachtgeld /
18 seu collectam excubiarum pendere: Atque † si planè domûs habitatione vacuae forent, nil omninò eô nomine praestaretur. *v. Mevium in Lib.* III. *ad Ius Lubec. Tit. VI. art. XVI. n. 5. seqq.* De
19 onere † refectionis viae hoc addamus, quòd si refectio pro tempore, quo quis gratis habitat, durare debeat, ad illud habitator teneatur; aliàs vero non item, *per l. 3. §. 1. d. impens. dotal. & l. Aedi-*
20 *les. ff. d. via publ.* Unde † quando nomine der Einwohner / quibus refectio injuncta est, illos qui coenacula tantùm conduxerunt, ideò non venire docet *Caepolla in c.* LIX. *n.* 17. *d. S. V. P.* quia hi non possideant: minùs rectè argumentatus esse videtur; neque enim ipse habitator possidet; & sic ergò nunquam ad reficiendum ob-
21 stringeretur. Sanè † *Iason in l. 1. C. d. jur. Emphyt. n.* 25. docet simpliciter, quòd Emphyteuta viam ante domum emphyt. aptare debeat, si edictô caveatur, quòd quilibet viam ante domum reficere debeat: idemque de conductore ad longum tempus *Natta in cons.* XIII. *n.* 5. *& Carocc. in P.* II. *Locat. Qu.* LXI. *n.* 4. asserunt.

MEMBRUM III.

Quaenam Domino in Domo serviente integra sint:

1 I. NEque tamen † habitatorem gravare Dominus seu *Proprietarius* aut impedire potest; solùm quòd invitô habitatore aedes, per *Insularium*, durch einen Oßwalt / quasi Haußwalt / seu domûs gubernatorem, custodire possit. *juxta l. 16. ff. d. V. f. &*
2 *Hab.* §. 1. Et † quamvis proprietarius, si usus villae relictus sit, ad *fructus colligendos* venire, & tempore fructuum colligendorum ibi habi-

ibi habitare, possit. *l.12 pr. ff. eod.* Quia tamen † illud eâ ratione 3
nititur, quòd aliàs uti frui villâ, vel jure proprietatis fructûs inde
colligere non liceret: ideò ubi facies loci illa est, ut Dominus in
eo commorari necesse non habeat, secûs dicendum est. Nam ita
† *in l.10. in f. ff. eod.* ubi usus in fundo relictus est, habetur, quòd 4
Usuarius habitare in fundo, & Dominum illò venire prohibere
possit; colonum verò non prohibiturum, nec familiam, quæ agri
colendi causâ illic est; sed familiam urbanam prohibiturum: siquidem † in habitatione in villâ, in fundô, tacitè quoque id actum 5
esse censetur, quod de usu jam dictum est. Non etiam † Domi- 6
nus domûs, in quâ habito, fenestras in eâdem obscurare potest. *v. l. si merces. §. f. Locat. ubi Dd. & gl. ad l. si is qui binas. ff. d. Usufr. l. Cajus. d. S. V. P. l. 1. § f. si usuf. pet.* Quanquam * si in *propriâ* domô 7
quid ædificare velit, non attendatur, quòd per illud fenestræ domûs servientis obscurentur. *d. l. si is qui binas ædes.* Cujus * ratio- 8
nem si quis attendat, non obstabit *l. 2. §. 16. ne quid in loc. publ.* per
quam ne Principis quidem concessione quid fieri ædificando
potest, ut alii officiatur; neque ullâ ratione id ei conceditur, nisi
ædificaturus *impetraverit*: ubi à quonam hoc impetrandum sit?
disquirunt. Ab ipso *privato* dicunt communiter, cujus interest.
v. Forner. V. rer. quotid. 26. Sed meliùs * adhuc *Pinellus* rem ex- 9
plicat in *P. l. rubr. C. d. Resc. Vend. c. II. n. 8.* ubi impetrationem ad
Principem, ut ab eo fiat, referendam esse vult, ut tamen justitia illius ex voluntate privati, ex justâ item causâ, & ex indemnitate vi-
cini pendeat. Interim * habitator ipse fenestras in domo servi- 10
ente aperire non prohibetur. *l. Si cujus. 13. §. si ædium. d. Usufr.*
utut claudere eas non possit. *§. eod. v. idem Nerva.* Et sic à Domino
Habitator incommodo affici non debet, qui nec in cellis quicquam juris habet. *l.10 in f. ff. d. Us. & Hab.* Non etiam * debet mul- 11
tò minùs quid ab eo pati, qui juxtà illum *in eisdem ædibus* in earum
parte superiore v. c. *habitat.* Unde quæritur, † si hic aquam per 12
solarium superius projiciat, quæ ad inferiora descendit, an illud
Habitator loci inferioris prohibere queat? *Cœpolla distinguit in c. XXXI. d. S. V. P. n. 3.* an superior inhabitans commodè potuerit
habitare, aquam non effundendo, an verò non potuerit? Hoc casu iterum discernendum esse putat, an intra solitum modum, an

I 2 secûs

13 secùs effuderit? Econtra † si ab eo, qui in parte inferiori degit, fu-
mus ad partes superiores mittatur: quomodo harum inhabitatori
& quando consulatur, ibid. definit.

II. In eo* profectò *Idem Cæpolla* impegit, quando habitato-
1 rem *possidere* docet, idque cum hâc ampliatione, etiamsi non ha-
beat aditum ex publico. *l. si duo. §. caterùm. ff. uti possidet.* Nam
2 * & ibid. *in C. VI. d. S. V. P. n. 7.* si certæ partis domûs habitatio ali-
cui legata sit, quòd tunc illam partem possideat, asserit. Falsum
3 * illud planè est, cùm nullus, qui rem jure servitutis tenet, eam ani-
mo sibi rem habendi detineat, & nec ipse *Usufructuarius* posside-
4 at: *l. 10. §. ult. d. A. R. D. & l. 52. pr. ff. d. acq. & am. poss.* etiamsi * de
5 naturali possessione quæramus; (Nil officiente * *l. 12. ff. eod.*) so-
lùm quòd in qs. possessione Ususfructûs sit: ùt ex *l. 3. §. 17. d. vi &
vi arm. l. 23. §. 2. ex quib. CC. maj. l. 3. si Usufr. pet. l. 20. 12. d. S. V. P.*
6 colligitur: atque * Dominus Ususfructûs imaginarius dicatur
in d. l. 3. ad quam *v. Coll. jur. Argent. th. 27. d. Usufruct.* Num ergò
7 * Habitatorem melioris conditionis reputabimus, quàm Usu-
8 fructuarium? Multò minùs * is, qui *precariò* rogavit habitatio-
nem, possidet, si modò rogaverit tantùm habitationem, aut
ut in possessione solùm esset, vel in ædibus moraretur: nam si
9 * rogaverit, ut precariò sibi possidere liceret, a. ipsam possessio-
nem, ità v. omninò possidet. *l. 10. §. 1. ff. d. Acq. vel Am. Poss. junct.
l. 4. §. 1. l. 6. §. is qui rogavit. l. 15. §. cum qui. ff. d. Precar.* Cæterùm
10 * si hæres habitatoris non ex causâ habitationis, sed pro hærede
& tanquam Dominus ædium, easd. bonâ fide possideret, ita planè
post justum tempus *usucapere* potest, nullô videlicet vitiô in de-
functô existente, quô hæres impediatur. *l. 40. §. 1. d. Acq. poss. cum
simil. Covarruv. in c. possessor. 2. Sec. part. relect. §. 9. n. 2. 3. d. Reg.
Jur. in 6. (Non O. l. 60. §. 1. Locat. l. 11. d. diver. temp. præscr. & l. 8. C. d.
Usufr. & Habit.*) Sed * ipse habitator non tantùm *cautionem da-
11 mni infecti* ab ipso Domino, de vitio soli, petere; per *l. 18. §. 2. l. 20. pr.
ff. d. damn. inf.* Verùm etiam in possessionem ædium vicinarum ex
12 eâd. damni inf. causâ mitti potest; *l. 13. §. 8. ff. eod.* Imò * obtinere,
ut, si ei non caveatur, jure Dominii ædes ejusm. perpetuò possi-
deat. *l. 7. §. 1. ff. d. Usufr. l. 5. §. f. ff. damn. inf.*

III. De reliquis *emolumentorum* aliorum effectibus ex jam
dictis

dictis facilè statuitur. Sic enim * si de *Thesauro* quæratur, respe- 2
ctu Habitatoris, domus planè aliena, adeoque Thesaurus in eâ
repertus à *Domino*, hujus in solidum, est; non aliter * atque simili 3
ratione hæredes Mariti in *Dotalitiariis* ædibus quid invenientes
totum id sibi vindicant: maximè cùm nec in fructu etiam thesau-
rus sit. *v. l. 7. §. 12. ff. solut. matr. Camman. Disp.* VIII. *d. Regalib. 8.*
46. & Moller. Lib IV. semestr. C. XXVII. n. 4. Major † poterat esse 4
de *Jure braxandi* dem Brau-Recht, dubitatio. Nam hoc cùm
habitationi s. ædibus inhæreat, sicque reale sit, in ipsum inhabi-
tantem, qui & onera subit, (licèt Jura Civitatis non habeat,)
transire omninò debet. Elegans est † hanc in rem, de *Liberis* s. 5
Hæredibus sibi jus istud r. domûs attribuentibus, præjudicium
ap. Carpz. in II *Const. VI. def. 6.* ubi: Ob ihr nun wohl das Bürger-
recht noch zur Zeit nicht erlangt/ dieweil ihr aber dennoch gleich an-
dern Nachbarn alle Bürgerliche Beschwehrung tragen müsset/
solches aber/ da ihr euer Hauß nicht nützen sollet/ Euch zuthun nicht
möglich: Dahero andern Bürgern die Onera zuwachsen und der
hohen Obrigkeit die Tranckssteuer geschmälert würde: So ist auch.
&c.

MEMBRUM IV.
De Effectibus Habitationis secundariis.

I. SEd † quandonam Civis, incola, &c. ex habitatione quis 1
esse colligitur? Utique de *hospite* frustrà hoc quærimus, quia
ille non habitat, sed peregrinatur, *l. 1. §. 9. ff. d. his qui effud. vel dej.*
& paulisper hospitari dicitur; Estque hospes ille, qui temporis
causâ tantisper dum in viam redeat, aut quiescendi a. negotii ex-
pediendi gr., divertit & commoratur. *v. Cicer. d. senectut.* Aliô sen-
su atque is hospes est, quem *jure familiaritatis* in gratuitum do-
mûs consortium recipimus: qui quidem non bellè *inqui-
linus* dicitur. *v. omninò l. 2. ff. d. Usf. & Hab. & l. 4. eod.* Qui † v. & ad 2
tempus habitat, habitare, *d. l. 1. d. his qui effud. l. Lex Cornelia. ff. d.
injur. §. domum* & hinc inquilinus dici potest. *l. 25. § 1. Locat.* o-
mnia ad *diversos fines & effectus.* Nam † ita hospes non habitat, ut 3
ex edict. *d. eject. vel effus.* teneatur. Inquilinus autem, etiam ad
breve tempus, ita habitat. Non † habitat hic idem protinus, ad 4

 hoc

hoc ut *domicilium* in eo loco figere censeatur: de quo alibi: De
5 *Studiosis* † v. rectè dicimus, quòd ratione contractuum, & deli-
ctorum in Academiâ coram Rectore conveniri possint, nec tamē
exinde habitant, sed commorantur: unde † iidem in cœteris,
6 ubi *domicilium* attendimus, domi quærendi sunt, & *munera*, *one-
rave* eò ableganda, si domicilium Originis obliteratum sit. *Bodi-
nus Lib. III.* C. *VII. n.* 333. *de Republ.*

II. Porrò † non statim habitator *Incola* est, quia non o-
1 mnis qui habitat, animô figendi domicilium habitat: Neque † in-
2 cola etiam ùt talis *jura Civium* habet; *v. Wehner. v.* Einwohner.
Zahn. Ichnogr. Munic. c. LXXXV. & Boter. Cl. III. *Disp.* XXII. *Th.*
3 16. neque † *pars Civitatis* est, nſ. quadantenùs. *l. 29. ad. Municip.*
v. Amayam ad l. 7 C. *d. incol. n.* 2. Qui v. † *hospes* est, seu advena,
4 der sich in den Schutz gegeben hat / ille ne quidem Domicilium
constituisse intelligendus est; *Knipschildus Lib.* II. *d. Jur. Civ. Im-
per.* C. XXIX. *n.* 82. secùs † atque *inquilinus*, qui animum perpe-
5 tuò manendi habet, etiamsi ad tempus domum conduxerit. *l.* 4.
§. 5. *damn. inf. & l.* 5. §. 2. *ff. d. injur.* Nam ita † *domus* etiam *sua* di-
6 citur, in oppositione videlicet ad domum alienam, in quam se quis
momentô. perfugii tantùm causâ, & non ùt inquilinus, recepit.
l. 31. *C. d. Decur.* Neque tamen † *conversatio continua* civem quem
7 facit, & ne incolam quidem, veluti si quis in aliquo loco, ut curi-
am vel Aulam sequatur, habitet, si abinde etiam animū recedendi,
8 & Aulam, quò illa transmigret, sequendi habeat: etiamsi † per
30 annos ibi subsistat, & imò *in ædibus propriis* degat *P. Peck. Lib.*
9 *IV. d. Testam. Conjug.* C. XXXV. *n.* 2. Hactenus ergò † ubi animus
commorandi non esse aliunde per rationem jure subnixam col-
ligi potest, domicilium quis statuisse non putatur, indeque nec
Consiliarius a. Legatus ità habitat; *Mevius ad Jus Lubec. quæst.
prælim.* XI. *n.* 33 *seqq.* neque † semper *Conductor. Carpz.* III. XIII.
10 *def.* 18. *n.* 4. nec † *studiosus*, licèt in loco natus: *Rebuffus in Tr. d.*
11 *Privil. Schol.* item † non castellanus, qui ne quidem *r. Officii*, nſ. in
12 his, quæ ratione ejus gessit, in eo loco conveniri potest: *Gratian.
Disc. CLXXXI. n.* 4. *&* CLXXXIV. *n.* 51. nec * denique possessor
13 domûs *privilegiatæ* s. immediatè Principi subjectæ, eines befreyten
14 Hausses / ad effectum domicilii habitat; indeque * nſ. aliàs simul
inco-

incola Civitatis sit, ibique domicilium habeat; statutis loci illius obstrictus non est. *v. Carpzov. P. III. Const.* XIII. *def.* 19. & 20. Quid * ergò de *Habitatore* jure servitutis dicemus? Neque hic simpliciter domicilium in eô locô, ubi actu habitat, fixisse statuetur; Sed res illa ex circumstantiis & animo inhabitantis definienda est. 15

III. Et sic * quidem de Domicilio, quandonam illud ex Habitatione colligatur, constare potest. Sunt * prætereà quædam, quæ ex eâdem quandoque Dd. conjiciunt: & quidem ex *communi fratrum habitatione societas*, non quidem simpliciter, sed tum demum conficietur, quando etiam lucrorum communicatio fit, nec de rebus administratis ratio redditur. Vicissim * enim, si separatim habitent, erit societas, si comuniter negotientur. Imò si † quis ex cohabitantibus recederet, tacitè societati renunciâsse intelligeretur: & si cohabitarent, sed quisque sibi negotiaretur, nulla foret societas: de quibus, * & in specie, de casu quô fratres minorennes reperiuntur, *v. Mevium in Lib. III. ad* Ius *Lub. Tit. IX. Art.* II. *n. 4. seqq. p.* 206. *seq.* Pariter * inter pupillum ejusque patruum per solam cohabitationem societas contracta esse non censetur, etiamsi bona communia possiderent; indeque pupillus ad solutionem æris alieni à Patruo contracti non tenetur. Scilicet † ipsa habitatio, aut communis possessio, societatem non inducit; nisi lucrorum, damnorum itemque onerum communicatio & compactio rationum interveniat. *Mantic. Lib. VI. d. Tac. & Amb. Conv. Tit.* X. & *Gratian. T. V. Disc. c.* DCCCCXCIII. Quin imò * in d. c. pupillus societatem ne quidem contrahere potest, si vel maximè de utilitate ejus ageretur: *Idem Gratian. c.* CCCLX. aut * Pater pupilli societatem inter se & patruum habitam continuari mandâsset. *Cacheran. Dec.* CL. Idem statuas licet, in eâ specie, quâ fratribus cohabitantibus, unus moritur, & filiam sub tutela Patrui ejus relinquit: cum quo indivisam substantiam illa possidet. Aliquando † ex inhabitatione *Aditio Hæreditatis* defuncti colligitur; Sed tamen nec eâ solâ, licèt ædes paternæ fuerint, de quibus *v. Paris. 2. Vol. cons.* XVI. *n.* 40. Adeò † ut *Mantica Lib.* II. *d. Conject. Ult. vol. Tit.* IX. *n.* 17. & *Marant. in Repet. L. is potest. ff. d. A. & O. H.* ex habitatione domûs eam conjecturam sumi non

posse

12 posse statuant. Quid enim * si *Uxor* inhabitans jure *retentionis* usura sit? Quid si *Pupillus* aliquo tempore, licèt tutore sciente, & imò cum ipso, inhabitet usque dum de hærede constet aut ratione dotis maternæ ei satisfactum sit: dum pro eâ pignori domus
13 teneretur. Quid etiam * si bona (& vel ipsa domus) inhabitanti cum defuncto *communis* fuerit *conf. l. duo fratres ff. d. A. vel O. H.*
14 *Gilhausf. in Arb. jud. Civ. c.* VI. *part.* 1. *n.* 13. *seqq.* Econtrario * ex separata habitatione filii *sublatio Patria Potestatis* colligi potest, ut postmodùm illa, quæ filius interim acquisivit, Patri non acquirantur. *Mascardus concl.* DXCIX. *d. Probat.*

1 IV. Enimverò * cùm Testatores multoties *uxori suæ cum filiis* habitationem relinquant, dubitari potest: num præter habi-
2 tationem, quâ fruitur mater, à liberis etiam alenda sit? Aff. * *per l.* 62. §. *ult. ff. d. condit. & demonstr. l.* 18. §. *possent. ff. Commod. l. Sejo. ff. d. ann. legat. Dd. ap. P. Surdum Tit. II. d. Aliment. quæst* 2. *n.* 2. & ità in praxi obtinere tradit *Barry Lib.* IX. *d. success. Tit.* XI. *n.* 3.
3 Idemque * dicendum est, si maritus præcepit, ut penes uxorem liberi educentur; *l. si mulieri. ff. d. usufr. accr. conf. l. sed si homo.* §. *f.*
4 *ff. d. condit. & demonstr.* imò * etiamsi alia esset quàm mater, v. c. amita: idque ob compensationem laboris; *dd. ll. & l. Idemque.* §.
5 *Labeo. ff. mandat. & l. quoniam liberi. C. d. Testibus.* nisi * etiam illi mulieri ad onus educationis annuam pensionem legâsset.
6 Aliàs * utique qui habitationem & alimenta in domô ex voluntate testatoris habet, ille *servitia* in eâdem ad commodum hæredum, juxta qualitatem personæ suæ, præstare obstrictus est.
7 *Alexand. vol.* IV. *conf.* 3. *& vol.* 1. *Conf.* 100. De eo * videamus: an maritus Uxori suæ, quæ ex domô secedit, ad alimenta teneatur?
8 Non sanè * tenebitur, si ipse eam non expulerit. *l.* 17 *ff. d. tut. & rat. distr.* siquidem is ei alimenta intrà domum, non extrà eam debet, *l.* 22. §. 8. *ff. Sol. matr.* estque una domus conjugum, *l. adversus uxorem ff. d. Crim. expil. hered. l.* 1. §. *si vis. ff. ad SC Silan.* quam spontè relinquere non debebat, si ali vellet; *arg. l.* 19. *ff. d. alim. & cibar. leg.* neque operis & obsequio mariti se eximere. *l.* 48. *ff. d.*
9 *Oper. Libert.* Non obest * *c. ex parte.* 14. *x. d. Convers. conjugator. & l.* 27. *ff. d. inoff. testam.* Quibus *Besoldus* respondet *in Cons. Tubing. c. X. n.* 194. *seqq.* ubi secùs esse ait, si mulier ob sævitiam mariti

nec

nec suâ culpâ, ædes reliquisset: Ubinam verò tunc liberi educandi sint? *v. ibid. n. 202. seqq.*

V. Sed & * de eo circumspiciendum est, si habitationis æ- 1
stimationem alicui præstari debere conveniat, quomodo ea ineunda sit? de quo quidem etiam quæri potest, si sub *Alimentis* habitatio debita fuerit: Nam * utcunque alimenta *præterita* propriè 2
dici nequeant, cùm ex præsentibus & futuris vita hominis pendeat, *Menoch.* I. *Præsumpt.* XXXV. *n.* 31. atque alimenta ex necessitate præstentur, quæ nulla præteritorum est: Quia * tamen res 3
etiam aliqua in jure ἀναφορικῶς nonnunquam consideratur, ideò alimenta quoq; præterita dici, & certis casibus adhuc deberi convenit. *Dd. ad l. Insula. ff. d. A. R. D.* Sic * v. c. debentur, si *testamento* constituta sint: *l. cùm unus. §. verbis. ff. d. alim. leg.* & 4
multò magis ex *contractu*, ubi commodum pecuniarium, non etiam inopia, spectatur; modò principaliter in contractum venerint. *Pontan. d. Aliment. c.* XI. *n.* 5. Similiter * alimenta præterita *ex* 5
juris dispositione eô casu non minùs præstanda sunt, quando alimentarius eorum nomine se æri alienô, quô interim vitam sustentare, obstrinxit. Quocunque * autem nomine debeatur ha- 6
bitatio, & sive in præteritum præstari debuerit, sive etiam de æstimatione ejus in futurum ineunda agatur, illud non incommodè prænotandum est, quòd aliàs *Pensio domûs*, ad cujus fructûs percipiendos v. c. Creditor immittitur, non æstimetur, quanti creditor eam conduxisset, sed quanti debitor eam locâsset. Adeò * ut 7
minùs rectè *Alex. in* I. *Cons.* CVIII. *n.* 9. diversum statuat in Tutore, qui ædes pupilli inhabitavit. Meritò enim * ab eo *Surdus in* 8
Decis. CCLXX. discedit, & ex personâ debitoris seu locantis æstimandum illud interesse asserit: *per l. 4. C. d. sent. quæ pro eo quod int.* ut damnum videretur sentire, qui lucrum amitteret. *Surdus d. l. n.* 10. Interim * non Domini solùm, sed & possessoris possibili- 9
tas percipiendi, & tunc solùm Domini, consideranda est, quando ab hoc causam creditor v. c. habuerit. *Bald. in l. 2. C. d. Pign. Act.*
Ita verò * se res habet, quando *merces* habitationis in solutum 10
datur. Quid autem * in specie propositâ, si *habitatio* cuiquam de- 11
beatur. Aliter fit habitationis, (item ususfructûs, alimentorum,) æstimatio, si ea ex *testamento*, vel alia ultima voluntate, debeatur;

12 aliter si ex *Contractu*. Nam ibi * computatio annorum illa fit,
13 quæ est in *L. Computationi, 68. ff. ad L. Falcid.* Hîc autem * illa, quæ in reditibus donatis initur, servanda est, quindecim anno-
14 rum. *l. 35. §. sin autem. C. d. Donat.* Verùm * quia fieri potest, ut in longius tempus vita protrahatur, *l. 56. ff. d. Usufr. l. 8. ff. d. Usufr. leg.* ideò de eo solvendo, quod plus aliquando erit in debito, satisdationem præstandam esse Senatui Sabaud. placuit. *arg. t. t. si cui plus quàm per L. Falc. & l. 5. ff. d. statu lib. ap. Anton. Fabr. Lib.* III. *Cod.*
15 *S. Tit.* XXIII. *def.* 10. *junge Moller.* V. *Semestr. Differ.* II. *p.* 559. † Cæterùm quomodo habitationis æstimatio ad vitam facienda sit, cùm *de domô vendendâ* tractatur? de eo *v. Afflict. Decis.* XXXIV. *p* 56. † Certè ipsæ domùs non ex valore ædificii; sed ex *reditu* æstimantur: *Barbosa locupl. Lib.* IV. *c.* XLVIII. *ax.* 2. idemque in domibus quoque magnis & *Palatiis*, quæ pro cultu urbium potiùs, quàm fructuũ extruuntur, asserit *Klockius vol.* II. *Cons.* XVII. *n.* 21.

MEMBRUM V.

De Habitationis Effectibus Ortis, seu de Remediis ejus nomine competentibus.

1 I. NUnc postquam de variis Habitationis Effectibus, iisque primis, actum est, etiam de *remediis* Habitatori compe-
2 tentibus, & quidem solùm præcipuis, cogitabimus. Ubi † si ab initio Habitator in habitationem venire impediatur, instituet *Actionem Confessoriam*; dummodò † ei servitus jam constituta sit. *l. 3. §. 14. & §. ult. ff. d. vi & vi arm. l. 5. pr. §. 7. ff. si usufr. pet.* atque
3 desideranti proprietario ipse satisdederit. *l. 13. pr. usufr. quemadm.*
4 *cav.* ceu † quidem protinus ab aditâ hæreditate, & agnitô Legatô v. c., si per ultimam voluntatem relicta sit, constituta esse
5 censetur. *arg. l. 64. ff. d. furt. l. 40. d. Leg. 2.* Quanquam † & sic actus tantùm primus detur, & ad actum secundum, itemque quasi possessionem servitutis, traditione vel inductione in ædes opus sit.
6 *Antonium Fabrum* † non moramur, quando in *Dec.* LXV. *err. Pragm. Err* II. objicit, rem quæ nunquam Testatoris fuit, ùt est servitus habitationis, ab eodem in Legatarium immediatè trans-
7 ire non posse. Quomodo † enim inter vivos facto Domini, (quod factum

factum inter mortuos Lex subit,) idem fieri potest, cùm & eò respectu servitus non magis apud Dominum sit. Interim † Veteri Jure, in *Legato Damnationis*, hoc & similia Jura ab hærede constitui oportuit. *v. l. 3. pr. ff. d. Usufr. l. 19. d. usufr. legat. l. 10. l. 29 eod. l. 1. §. 2. ff. si usufr. pet. l. 19. §. 1. ff. quemadm. serv. amitt. & Cujac.* XI. *Obs.* 36.

II. Quid verò † si hæres ob hoc *tardiùs* hæreditatem *adierit*, ut habitationem eò tardiùs præstaret? Ita verò à tempore moræ præstabitur id quod interest, adeoque etiam emolumenta percipienda: *Bart. in l. fin. C. d. Usur. & fruct. rei leg. & Vir Carpzovii elogio in* I *Const.* XXVIII. *def.* 35. *eminentissimus H. Pistoris in Obs.* CXVI. cùm † quidem etiam fructus seu emolumenta percepta ab adita hæreditate Legatario debeantur *l. 42. ff. d. Usur. l. 86. §. 2. ff. d. Leg* 2. *Gutierez. Lib.* II. *QQ. PP.* XXXIII. Quòd si † etiam planè habitatio per *dolum* aut *culpam hæredis* extinguatur, antequam constituta sit, actione personali Legatario ille tenebitur. *v. l. 36. §. f. l. 60. pr. ff. d. usufr.* Neque tamen † solùm habitationem ipsam, sed etiam aditum ad ædes rectè exigit, *v. l. 1. §. 2. 3. ff. d. usufr.* & deinceps adversus quemvis actione confessoria agit, qui ipsum impedit, eive molestiam infert. *l. 5. §. ult. & l. 60. §. 1. ff d. usufr. Hilliger. Lib. X. Don. En. c. XII. lit. d.* De habitatione † *inter vivos* relicta uti experiatur Habitator, partim ex jam dictis, cùm penè eadem serventur, partim ex *Dd. ad tit. si ususfr. pet.* constare potest. 1 2 3 4 5

III. Difficilior † est inspectio de *Remediis possessoriis*, & cumprimis celebri loco *legis. 57. ff. d. Donat.* Anxiè enim † *Anton. Faber in Dec. LXXVII. Err. pr.* 8. *& ult.* inquirit: Quodnam sit illud remedium, *Nicostrato Rhetori* inibi proditum? neque *Papiniani* mentem penetrare potest, dum ille verbis hisce loquitur: *Quòd si expulsus Nicostratus veniat ad judicem, ad exemplum Interdicti, quod fructuario proponitur, defendendus erit: q. s. loco possessoris constitutus, qui usum cœnaculi accepit.* Non enim * videtur *Fabro interdictum* habitatori dari posse, quia non ipse possideat aut possederit; Sed potiùs *Aquilii* hæredes Domini & possessores sint. Hinc † etiam dicere ait *Papinianum*: *q. s.* Interdictum, & quòd *loco possessoris* habitator constitutus sit: *mercedem* 1 2 3 4

5 enim solùm donatam esse Nicostrato. Enimv. † quòd *habitatio*,
non autem merces, in donatione dictô casu contineatur, ve-
6 rius est. Atque † omninò interdictum habitatori non denegat
Papinianus, cùm ille non quidem rem, sed tamen servitutem in
eâ qs possideat: indeque nec qs. interdictum, sed *verum* ei detur,
ad exemplum Usufructuarii, cui ab aliquibus Habitator accen-
7 sebatur. Quodnam * v. erit illud interdictum? *Faber* non putat
intelligi posse interdictum *Vti possidetis*, quia illud ad res soli per-
8 tineat; aut * si tamen inter fructuarios detur, (*l. fin. ff. uti possid.*)
nihilominùs adv. Dominum, adeoque adv. hæredes Aquilii, in
d. l. 27. competere non posse: Cùm adv. possessorem, ùt est Do-
9 minus, non competat. Usumfructū † tantùm posse à Domino vin-
10 dicari. *per l. 2. l. 1. si usus f. pet.* Econtrariò,* Interdictum uti possidetis ad qs. possessionem rerum *incorporalium* pertinere, omnes no-
11 runt: & imô * adv. Dominum usufructuario illud non minùs
dabitur; siquidem Dominus quidem rem; sed non usumfructum
12 possidet Unde * non opus est, ut *pro fructuario Anton. Faber*: *su-
perficiario* substituat, & sic *Papiniano* scribendum fuisse ingerat:
nisi v. de *retinenda* possessione non ageretur, sed *de expulso Nico-
13 strato.* De quo statim. Nunc * enim *Papinianum* de *interdicto Vnde
14 vi* accipi non posse exinde adstruit: quia * licèt illud fructuario
ideò detur, quia naturaliter possidet; (quod tamen falsum est: nam
jus etiam civiliter, sed rem ne quidem naturaliter possidet;) tamen
h. c. non reperiri, ait, servitutem ullam personalem constitutam;
Sed tantùm remissionem mercedis factam, adeoque habitatio-
15 nem non juris, sed facti esse. Verùm * etiam hoc, quod *Fabrum* se-
duxit. jam antè negavimus, & utique servitutem constitutam esse,
ex toto Legis contextu, erui potest: eòque respexisse *Papinianum*,
quando habitatorem cum usufructuario comparavit, in aprico
16 est: Hoc * interim largitur *Sabaudus*, quòd Actionem *ordinariam*
nō intendat *Papinianus*. (non obst. quòd Species facti ad *judicem*
ventum esse a. venturum *Nicostratum* meminerit:) Nam eam
17 vocem etiam *Prætorem* notare. Et tamen † vel ideò ait, non posse
de *restitutione* possessionis cogitâsse Papinianum, quia dicat: *esse
18 defendendum*. Quid * v. quòd *expulsus* dicatur? An E. responde-
bimus, esse *in jure suo defendendum* per pronunciatū Prætoris, ut
per

per consequens possessionem *recuperaturus* sit. *v. l. 68. ff. R. V.* Nequaquam verò! Neque enim* in possessoriis *de jure* agitur; sed potiùs vocem *defendere* juridicâ etiam significatione accipiemus, ut *indifferens* sit, & tam expulsum, quàm etiam eum, qui tenet possessionē, æquè concernere queat: siquidem & iste defenditur, quando in pristinam possessionem Magistratus eum restituit.

IV. Sed † quò tandem Faber, tot spinis involutus, respicit? 1
Nullam ait *actionem* illum habiturum, sed ei tanquam *Reo* succurrendum esse; tantùm * quòd, cùm expulsus sit, de eo dubitetur; 2
an ita factus sit possessor, ut in poss. aliquò modô *defendi* queat? Hinc ait nullum ei aliud *Interdictum*, nisi *de superficiebus*, competit. Nam hoc † introductum esse vult exemplô interdicti Uti pos- 3
sidetis, per *l. 1. §. proponitur. ff. d. superf.* & cùm ibi *τὸ tuendi, petendi*, promiscuè occurrat, indeque detur interdictum illud Superficiario tam ad agendum, quàm ad se *defendendum*, licèt à Proprietario *expulsus* sit, tanquam interdictum *duplex*: Inde † etiam *Habi- 4
tator* ei, tanquam actor & reus, remedio simili, *in l. 27. ff. de Donat.* comparato, vincere posse videtur. Accedere, * quòd interdictum Uti possid. & Unde vi non propria sint Usufructuario, nec ejus intuitu introducta: quòdque actione non indigeat habitator, sed solùm cognitione extraordinariâ ap. Prætorem uti possit. *l. 1. d. Extraord. cogn.* Quot † periodi, tot commenta! Ubinam quæso *Extraordinariæ* cognitionis requisita ad habitationem deducentur, & nonne pro eâ sat est Actionis ordinariæ? Nū † etiam *Papinianus* 5
remedium, quod habitatori porrecturus erat, proprium esse fructuario vel unô verbô indicat? Et nonne † aliquando *actorem* esse oportebit Habitatorem, uti est sanè cùm hic *expulsus* venit ad judicem. Atque † si *manutenendum* se esse vult aliquo casu, 6
num non idoneum erit Interdictum illud *Uti possidetis*: ut propiùs accedat Habitatio ad naturam Ususfructus & jurium similium, quàm ad peculiarem utilis Dominii in superficie speciem? Expulsus † v. quamvis *defendi* rectè dicatur, interdicto Unde vi pari- 7
ter experietur, ac usufructuarius; nec magis *superficiarius* pro possessore haberi, aut ut manuteneatur, contendere potest, cùm dejectus est; Deniqùe exemplo interdicti uti possidetis illud quod de superficie extat, invaluit? Quæ cùm ità se habeant, præ-

pro-

propere *Vir sublimis doctrina & ingenii in d. Dec. LXXVII. Err. ult.* gloriatur: *Locum perdifficilem & perobscurum, nec dum à quoquam bene explicatum esse, quia nec quisquam mendum quod suberat, ante Eum viderit; neque etiam se arbitrari, quòd aut verior ulla aut elegantior emendatio à se unquam fuerit tradita.*

1 V. Nobis * uti religio est, quicquam in textibus mutare aut expungere; ita curæ cordique esse debet, JCtum ab Imp. pro-
2 batum, *Papinianum*, commodè explicare. Neque enim † quicquam impedit, quò minùs ex similitudine illâ, quam Papinianus inter fructuarium & habitatorem suppeditat, *Interdictum Unde vi*, in illô textu, intelligi dicamus: per *l.3.§.13.seqq.l.9.§.1.l.10.&*
3 *l.11.ff. de vi & vi arm.* idque † *verum* interdictum seu directum de Quasi Possessione: (*Coll. jur. Argent. th.12. si usufr. pet.*) ceu quidem illa Expositio ex his quæ nunc disputavimus, elucescit.

1 VI. Similiter * Habitatori, ùt usufructuario, *interdictum quod vi a. clam* dabitur. *l.6. ff. quibus mod. ususf. amitt. l.16. §.16.*
2 *quod vi a. clam. l.12. & 13. pr. eod.* Et si † dejectus non sit, *Uti possidetis* interdicto manutenebitur: ut nesciam cur h.c. *Officium judicis* nonnulli præeligant: siquidem tale quid ex *l.12. §. ult. ff. d. Cond. furt. l.19. ff. d. petit. hæredit. l. ult. §. sed cùm. C. d. furt. & l.15. ff. d.*
3 *Acq. poss.* haudquaquam educi potest. Fuit † profectò Textus ille *L. 27. d. Donat.* quô elegantissimum *gratitudinis* exemplum consignatum est, lubricum illud, quò plures temerè laberentur.
4 Nam etiam † illius intuitu *colono* de possessione Servitutis, v.c.
5 actûs, dejecto, *Interdictum Unde vi* adaptarunt: simulque * ad retinendum *Manutentionis* remedia ei concedenda esse statuerunt: *v. Menoch. Recup. Poss. rem. ult. n.2. & Retin. Poss remed. ult. n.18.*
6 Sed * cùm colonus solùm *detineat*; is verò, cui habitatio permissa est, minimum tantum habeat juris, atque usuarius, cui quidem cum similibus *Interdicta r. quas. possessionis* applicantur. *l. f. ff. uti*
7 *possid. l.3. Unde vi. l. si plures. §. dejectum. d. vi & vi arm.* Ideò * vix quæ habitatori tribuuntur, ad nudum detentorem extendi pos-
8 sunt. Interim * Senatus Frisicus *Menochii* sententiam, teste *Jo. Sandio in Lib. V. Dec. Fris. Tit. IV def. 2.* secutus est.

SECTIO

SECTIO VIII.
De Habitationis Contrariis.

I. INterrumpunt * aliqua Habitationem, aliqua eandem planè 1
tollunt. Prius fit, inter alia, quando habitatio commodè, nisi habitatore expulso, refici non potest. *l.* 3. C. *Loc.* & *l.* 30. *pr. ff. item v. pen.* §. 1. *x. eod.* Christin. III. *Dec.* cxv. *n.* 7. † Ubi quidem, si ædes *conductæ* fuissent, merces pro rata interim remitteretur; *d. l.* 30. *pr.* Sed in nostro habitante ne quidem videtur, quòd ei durante tempore refectionis *alia habitatio* præstanda sit.

II. Quibus † modis *tollatur* Habitatio, magnam partem 1
ex reliquis ejus generis Servitutibus colligitur: nam & Imperator modos finiendi *usum* eosdem esse vult, qui circà *usumfructum* se exserunt: quod quidem etiam non nisi de *regula* verum est. Sic enim † non ita *accrescit* usus, ùt ususfructus, quia est individuus, 2
nec ullo casu *ad heredes* deducitur; nisi hæc potiùs ad consequens finiti usus, quàm ad finiendi modos referas. Accedit † quòd am- 3
bigi queat, num nova illa decisio *l. ult. C. d. Vsufr.* ad usum extendenda sit? Atque † in habitatione cumprimis deprehendemus, 4
eam in finiendo longiùs à cæteris Servitutibus personalibus recedere.

III. Oriuntur † autem Contraria Habitationis, vel ex *spe-* 1
ciali ratione, quâ constituta est, vel ex *communi.* *Eò* pertinet quòd *Precarium* quidem morte concedentis non finiatur. *l.* 12. §. 1. *ff. d. Precar.* Sed tamen cum eâ finiatur illa habitatio, quæ *ad beneplacitum* constituta est, aut cum clausulâ: *quoad volam. l.* 4. *ff. Locati.* & *l.* 2. § 2. *ff. d. Precar.* quippe quòd per mortem quis velle desinat. *Mantica. Lib. V. a. Tac.* & *Amb. Conv. Tit.* IX. *n.* 10. Per illud † tamen Habitatio legata non extinguetur, quòd post Le- 2
gatum, & vel in eôdem Testamento, Testator *alii domum* eandem leget. *l.* 33. *pr. ff. d Vs.* & *Vsufr. legat.* Non tantùm † quòd de 3
Servitute Habitationis in specie diversum disposuisse non reperiatur; sed & quòd aliàs quoque servitus, etiam personalis, ùt est Ususfructus, Dominii mutatione non pereat. *l.* 19. *ff. quib. mod. Vsusfr. toll.* & *l.* 3. *C. d. Servit.*

IV. Ube-

1 IV. Ulteriùs † ad hoc membrum *Legatum conditionale*
2 pertinet. Ubi † quidem conditio *casualis*, si semel extiterit, posteà verò desierit, tamen commodum Habitationis Legatario manet. *Bartol. in l. decem stipulatus. ff. d. V. O. & §. Sub Condit. Inst. eod.* Si-
3 militer † conditio *potestativa* casu deficiens, Legatum non tollit: *l.* 8. §. *quoties. ff. d. Condit. Instit. Perigrin. Art.* XVI. *de fideic. n.* 130. *seqq.* modò *culpâ* Legatarii casus non evenerit, mora ejus non præcesserit. *l. pen. ff. d. condit.* & *dem.* aut casus in persona ejus, qui conditionem adimplere tenebatur, non evenerit. *l. si ita.* §. *illi.*
4 *d. Legat.* 1. *l.* 5. §. *item si. ff. quando dies Legati.* Quid verò † si conditio, sub quâ habitatio relicta fuerat, *ex parte* solùm esset *impleta*, uti per aliquot annos; deinde verò casu fiat, quò minùs impleri possit? Ita non expirare Legatum volunt. *l.* 13. *ff. pr. d. ann. legat. j. l.* 18. §. *ab herede. ff. d. aliment. legat. l. annua. ff. d. annuis Legat.*
5 Ut † hactenus conditio *successiva* cœpta pro impletâ habeatur; *Menoch.* IV. *Præsumpt.* 185. *n.* 45. nisi etiam vox *quamdiu, donec,* vel similis adjecta sit: nam illæ resolvunt. *l. Pater.* §. *ult. ff. d. condit. & demonstr.* item vox: *dum*, conditionem ejusmodi resolutivam
6 importat: *l.* 29. §. *uxori. ff. d. Legat.* 3. idemque † dicendum est, si ex Testantis verbis colligi possit, eum *perpetuitatem actûs* intendisse, quò casu non tantùm desinente continuatione, præstatio quoque expirat; Sed nec mora purgatione reduci potest. *v. l. fin. C. d. Instit. & substit.*

1 V. In specie, † si Uxori Testator Habitationem *sub conditione viduitatis* relinquat, & sub *alternativâ*, si *nubat*, quòd tunc certam pecuniæ summam habitura sit? Qu. cùm vidua ab initio viduitatem elegisset, indeque fructus habitationis per annos aliquot percepisset, si deinceps, consilium mutans, ad secunda vota transeat, an adhuc desinente habitatione pecuniam designatam
2 poscere queat? Dicam † & Habitationem desinere, & ad lucrum
3 pecuniarium eandem ulteriùs non admitti: siquidem † in eo, quod ex duobus optioni subjectis semel electum est, voluntatem
4 posteà mutare non licet; sive † ultimas voluntates respicias; *l. si*
5 *Titio fundus. ff. d. Usufr. leg. l. eum qui certas. ff. d.* V. O. sive † contractus & negotia inter vivos. *l. nemo potest. ff. d. judic. l. si mulier.* §.
6 *f. ff. quod met. caus.* Equidem † si mulieri relinquatur habitatio,

si non

si non nubat: tunc ingrediendo *monasterium* Legatum non perdit, sed per alium adhuc inhabitare potest. Quid verò * si additum sit, 7
ac *vitam vidualem* servaverit? Ita putat *Fontanella in Tom. II. d. Pact. Nuptial. clausul.* VI. *gl.* 3. *part.* 6. *n.* 34. *seq.* Habitationem amitti, quia nubere videatur mulier, quæ cœnobium ingreditur. At verò † eam non amitti verius ego existimo, explosâ ratione, 8
quâ *Fontanella* utitur. De eo † etiam constat, conditionem: *si quis* 9
Monasterium ingrediatur, si sub ea quid relictum fuerit, nullius momenti inter Protestantes haberi, quia verbum Dei ejusmodi vincula conscientiis injici prohibet, & matrimonia penitus libera esse vult. Unde persona ejusm. & matrimonium contrahet & relictum ei nihilominùs debebitur. *Carpz. II. Conf. jur. Tit. IX. def.* 172. *p.* 255.

VI. Additur * quandoque conditioni viduitatis, ut vidua 1
mater *cum liberis habitet*, hique apud eam educentur: quâ ratione * si appareat Liberos Testatorem respexisse, illis vel mortuis, 2
vel secedentibus, vel bannitis, habitatio, etiam ratione matris, expirat. Respexisse * autem liberos cumprimis censetur inter alias 3
conjecturas Pater, si illi impuberes adhuc & debiles fuerint. *Tiraquell. Tr. Cessant. caus. P. I. n.* 121. *per l.* 62. §. *cùm vir. ff. d. Condit. & demonstr. conf. Peregrin. Lib.* II. *cons.* 38. *n.* 12. *Barry. Lib.* XVII. *d. success. Tit*: XIX. *n.* 4. Item * si verba ad illos retulerit: v.c. 4
donec habitaverint. Pereg. d. cons. n. 8. Sic ergò * liberis aliò se convertentibus, matrimonia ineuntibus, vitâ functis, cessabit etiam in 5
vidua habitatio; nisi vel *unus* Liberorum adh. cohabitet. *l. jure Civili. ff. d. cond. & dem. l.* 1. *C. d. Condit. Inst. Rol. à Valle. vol.* 1. *cons.* XXII. *n.* 14. Sæpiùs tamen * ultrà filios *uxorem unà contemplatus* 6
est Testàtor, eique ob bene merita & affectionem prospexit. v. *l. Cajo.* §. *Imperator. ff. d. aliment. & cibar. legat.* Quod quidem * tunc contigisse putant, si non de liberorum conditione, quòd 7
debiles, impuberes sint, Testator quid expressisset, verùm simpliciter de educatione liberorum meminerit. Item * si uxorem di- 8
lectissimam appellâsset: Si ei * habitationem reliquisset, *quamdiu* 9
vixerit. l. 13. *ff. d. ann. legat.* etiamsi tunc *gravamen* habitationi annexum, puta educationis, vel simile, temporale esset. *Peregrinus d. cons.* 38. *n.* 4. Porrò * si sub hâc formulâ; si habitare cum liberis 10

voluerit: nam ita instar potestativæ est conditio, & superstitibus adeò liberis, cum illis, mortuis autẽ illis, sola habitare potest. *Ferd. Ar. d. Mesa. Lib. II. resol. c. V. n.* 4. ubi plures conjecturas habet,
11 quando onus adjectum causa relicti non esse censeatur. Sanè * si vidua conditionem & statum viduitatis servat, quia tunc ex pristinâ quasi conditione uxoriâ rectiùs habitare posse videtur, non facilè ejici debet: Præcipuè si alias ædes non habeat; adeoque
12 † si conjectura aliquô modô capi queat, quòd maritus æquè sinè onere ei habitationem relicturus fuisset, ita v. pro eâ potiùs, quàm adversus eam, pronunciandũ est: ut præmium viduitatis & alimeta durent, modô quamvis aut conditione mixtâ deficiente. *l. Cajo. §. Imperator. ff. d. alim. leg. l. 1. C. d. Legat.*

1 VII. Num verò † etiam annua *præstatio* expiret, quæ sub onere cum *Liberis* habitãdi uxori relicta est, de eo quærere lubet? Respiciendum erit, an præcipuum locum obtineat ipsa conditio; tempus solùm secundariò adjectum sit, an contrà: *Illo* † casu, veluti cùm Testator ità cavisset: Uxori meæ, si cum liberis meis habitaverit, centum annua præstari volo: etiam mortuis liberis, ut cum illis habitare ampliùs non possit, tamen illa centum porrò de-
2 bentur. *l. annua. ff. d. Ann. legat.* Quamvis † enim donatio annua unica; *l. 16. §. 1. ff. d. V. O.* Sed Legatum annuum multiplex sit. *l. 11. ff. d. t. de Ann. Legat.* Nulla † tamen in h. nostro casu multiplicitas
3 attendi poteſt; siquidẽ etiam multiplicis Legati una h. est conditio: *si habitaverit*: eademque expleta censetur, si omni tempore vitæ eorum uxor cum illis habitâsset. *l. 18. §. 1. l. 20. §. f. d. Aliment. Legat. l. illis libertis. ff. d. cond. & demonstr.* Indeque † multiplicitas illa nil
4 hîc efficit. Neque etiam * *ob l. annua. d. ann. legat. l. 18. §. 1. d. alim.*
5 *leg. l. 20 § ult. eod.* respici potest, quippe in quibus nullum specialem favorem alimentorum ICtus expendit; verùm * illud potiùs
6 considerat, quòd Legatarius conditioni parere cœperit, & per eum non stet, quominus eand. porrò exequatur: Loquitur autem * de Legato in pluribus præstationibus consistente. Sed
7
8 * *contrariô* casu, & si Testator primariò temporis rationem habuisse videatur, h. m. disponens: quamdiu commorabitur cum illis, vel modô simili: Tunc v. morientibus liberis expirat Legatum: quoniam sub conditione resolutivâ relictum esse putatur.

VIII.

VIII. Et tamen † utrobique rectè statuitur adh. præstationem illam deberi, si *Alimentorum* nomine Legatario adscripta fuerit, *l. Cajo. §. Imperator. d. alim. legat. l.* 1. C. *d. Legat*: quippe quòd alimẽta in dubio Legatarii causâ relicta esse cẽseantur: *l. illis Libertis ff. d. Cõdit. & demonstr.* ceu vicissim * utrobiq; præstatio illa extinguetur, si appareat, intuitu ejus cũ quo mulier habitare debuit, eandem relictam fuisse. *l. 62. §. f. ff. d. cond. & demonst.* aut si tanquã onus Legatario quid injunctum fuerit: nam ita contemplatio ejus, cum quo ei morandum est, habita censetur, ut eô mortuo Legatum expiret. Quod * ipsum adeò in Legato etiam *alimentorum* verum est *l. 18. ff. d.* Condit. *& Demonstr. & l. Sejo. ff. d. ann. Legat.* Atque in † *modô* non minùs procedit: cùm toties finalis esse præsumatur, quoties non ipsius Legatarii utilitatem concernit. *l. 40. l. 71 ff. d. condit. & demonstr.* 2 3 4

IX. *Communem* † habitationis *naturam* si respiciamus, 1 perimetur ea vel ex personis vel ex re ipsâ. *Personam* v. Habitatoris hîc attendere oportet, cùm *Proprietarius* h. l. considerari nequeat: uti quidem in *Locatione* Domûs usu venit: quam rumpi posse juris est, si quando is qui locavit, *casum* patiatur, exustis puta ædibus suis, aut cùm filius ejus uxorem duxerit, ut ibi Locatori, hîc filio, cedere teneatur conductor. *l. 3. C. Locat. c. pen. x. eod. Carpzovius P.* II. *C.* XXXVII. *def.* 6 *Christin. III. vol. Dec.* 115. Non attentô, * si vel maximè tam *ampla* esset habitatio, ut Dominus 2 s. Locator in eâ simul cum conductore stare posset. *Idem Christ. d. l. n.* 5. Quid tamen * si Locator *Legi* 3. *C. renunciaverit*? Ita v. 3 Cond. se rectè per hoc tuebitur. *Carpz. d. Const. def.* 7. *& Barbosa ad d. l. 3. C. n.* 25 ut nihilominus generalis *de non expellendo* conventio conductorem hactenus non adjuvet. *arg. l.* 54. *§.* 1. *Locati. & arg. l. 3. ff. d.* Leg. 1. *Barbos. d. l.* Proprietario * in habitatorem tan- 4 tum non licet; nisi quòd habitator, si proprietarius habitandi locum a. conditionem non inveniat, ex Lege *gratitudinis*, & ùt aliàs donatarius jx. modum donationis, Donantem alere; sic idem quoque in habitationem eundem, quasi ea nunc alimenti loco veniat, recipere teneatur.

X. *Personam* verò * *Habitatoris* quod attinet: in eâ vel 1 actum vel casus, quô de Habitationis interitu quæratur, notari

 potest,

2 poteſt. *Factum* * vel omiſſionis eſt vel commiſſionis :Seu con-
3 ſiſtit illud in non utendo & in malè utendô. Equidem * *non uten-
do* Habitatio non perit. *l.10.pr.d.Uſ.& Hab.l.19.pr.eod.* Non obſt.
4 * *l. 13. C.d.ſervitut.* ad quam inadæquatè *Coll. Argent.* θ. 17. *ad
Tit.d.Uſ.& H.* reſpondet, quòd illa de ſervitut. Prædior. agat. Nam
5 * & ſervitutes *perſonales* regulariter non uſu amittuntur. Quæ-
6 nam † v. ratio eſt, quòd ex his ſola habitatio non uſu non inter-
7 eat? Non * favor alimentorum, cùm eorum nomine per ſe non
8 veniat. Non * etiam, ùt eſt ap. *Barth. Cæpollam in C. VI. n. 1. de
ſervit. Urb. Præd.* quòd uſusfructus denominationem ab actu &
uſu recipiat, indeque per non uſum tollatur. Sed habitatio, pro-
ut eſt jus, ſit ſervitus, & non recipiat denominationem ab actu,
9 ſed ab habitu & potentiâ habitandi; Nam & † uſusfructus, ùt jus
eſt, ab actu non denominatur: & habitatio eôdem ſenſu potiùs
perpetua erit, ſicque juris non minùs ac uſusfructus, adeoque ſi
eâdem non utamur, præſcriptioni ſuberit; ut ſanè in quoquam
10 aliô differentiam latere oporteat. Num * v. hoc eſt, quòd habita-
tio à perſonâ magis denominationem conſequatur, quam à jure?
At v. ne de eo quidem apparet; aut cur non idem de cæteris ſervi-
11 tutibus perſonalibus enunciare liceat? Illud † igitur ſupererit,
quòd habitatio non intelligatur, niſi re ipsâ habitetur, eadem-
que interim dum non eſt, etiam amitti ſ. non utendo præſcribi
non poſſit. *Andlerus in Medull. Inſt. d. Uſ. & Hab. p.*104. Unde
12 † qui longô etiam tempore non habitavit, ejus cùm non fuerit
habitatio, eadem etiam amitti per non uſum non potuit: ceu rei
non exiſtentis nullus non uſus eſt, ac proinde habitator hodiè
13 uti ſ. habitare poteſt. Quandoc. † autem habitat, jus ſuum exercet,
idque jus ſic quidem *facto* conſtat, ceu de poſſeſſione idem ſuprà
14 docuimus. Plura † facta, uti ne in hâc quidem concipi opor-
tet, ita nec ut in habitatione eadem cum *Bachovio ad* §.5. *Inſt. d.
Uſ.& Habit.* concipiamus, neceſſarium eſt: ut, quia habitatio in
pluribus factis conſiſtat, tam ea per non uſum non finiatur; uti
per eundem non finitur hoc, quod in ſingulos annos relictum
15 fuit: Utcunque † verum ſit, uſumfructum v.c. annuum ſ. alternis
annis legatum præſcribi non poſſe: *l. 28. ff. quib. mod. uſ. am. per
rat. in l. 11 ff. d. ann. legat. & l. 28. ff. d. Uſufr. leg.* quippe quòd de-
cem

cem annis neglectum esse dici non possit, quod annuum est, au t
hoc año demum incœpit. (*Non Obst. l. 7. quemadm. servit. amitt.*)

XI. Positô * tamen, usumfructum decem annis præscribi, 1
num non dicendum foret viginti annis præterlapsis, cum ita cuilibet annuo decem anni præfiniti & elapsi sint. omnibus quoque in posterum præstationibus præscriptum esse? Sic opinor. *conf.* de censu & similibus *Jo. Brunnemann. ad l. 8. C. d. præscr. 30. vel* 40. *annor.* Ex quo * sequeretur, si in eundem modum se haberet. Ha- 2
bitatio, eam non minus præscriptioni subjiciendam fore; quod tamen circà eandem ne de longissimi quidem temporis præscriptione asseri convenit. Diximus autem * habitationi ideò præ- 3
scribi non posse, quia in facto consistat: Cur igitur usuifructui præscribitur? qui tamen non minùs in facto consistit. *l. 1. pr.* & §. 1. *ff. quand. dies ususf. leg.* Longè * alius sensus est ejus *in facto* con- 4
sistere, si de Usufructu loquaris; quod suprà ostendimus: adeò ut vel idcircò usumfructum non utendo perire dicat *Cujacius ad l. 2. ff. usufr. leg.* quia in facto percipientis consistat: ejusdemque rationem aliam, quæ & in habitatione scrupulum movere poterat, Dd. adducant: *quia ususfructus quotidiè constituatur. l. 1. §. pen. ff. d. usufr. accresc.* de quo vid. *Castillo. c.* LXVII. *de Usufr. n.* 4.

XII. *Malè utendo* * an habitator jus suum amittat? exinde 1
constare potest, si de *Usufructuario* priùs viderimus. Nam * hunc 2
usumfructum taliter non amittere docet *Locamerus in §. pen. Inst. d. Usufr. & in Qu. Justin.* CLXXXIIX. Itemque Saxones, uti *Berlichius* II. *Concl. L. n.* 68 quasi pœna privationis sinè expressô legum tenore inducenda non sit. *l.* 155. §. 2. *ff. d. R. j. Carpzov.* IV. *Const.* XLIII. *def.* 8. *n.* 3. Adeò * mites hi sunt, ut etiam à *l. 3. in f. C.* 3
d. J. Emphyt. recesserint, atque in eorum Foro Emphyteuta ob fundi alienationem jure suo non excidat. Idem *Carpz. P.* II. C. XXXVIII. *def.* 13. Equidem * de *Conductore* constat, quòd is, si 4
rem deteriorem reddat, expelli possit: *l. 3. C. Locat.* & vel si *moraliter* in ædibus malè versetur, v. c. si meretrices, lenones, recipiat, daß er üppiglich und ärgerlich Haus hält / idem obtineat. *v. Ripam d. Peste. rubr. d. Privil. contract. caus. pest. n.* 29. 30. & *Barbos. ad d. l. 3. C. Locat. n.* 31. Sed * cùm hic longè infirmiori jure utatur, quàm Usufructuarius, ab eo incongruè argumentaremur. Altiùs

5 * ascendamus! Nam si *Emphyteuta* notabiliter proprietatem deteriorem, & vel dolo vel etiam culpâ levi, reddiderit, ita eum jure suo privari docet *Corbul. d. 7. Emph. cap.*XIII.*n.*24.*ipseque*
6 *Carpzov.*II.*Const.*XXXVIII.*def.* 23. Nisi etiam † in eo rationem peculiarem esse dicas, quippe qui rem *sub lege meliorationis* ac-
7 cepit. At verò * propterea, quòd eadem Lex alii adjecta non sit, veluti Conductori, non etiam rei deterioratio ei impunis esse
8 debet. Et num * non in *Vasallo*, item *Dovaria*, seu Dotalitiaria, idem asserunt Doctores; (qui omnes jus Usufructuariô potius habent,) dummodò deterioratio fuerit *notabilis. v. Henelium de I. Dotalit. cap. X. §.22. Richter. P.*II. *Decis.*XCIIX.*Carpz.d.C.def.*
9 23. item * quomodo *Dovaria* Jus Vidui amittat, si quando per negligentiam ejus Ædes ruinam minitantur, *Abrah. Fabert. ad*
10 *Consuetud Lotharing. Tit.*III.§ 54.*n.*335.*seqq.* Ut adeò, * maximè Dd. authoritate suffulti, non dubitemus asserere, *Usumfructum* quoque ob deteriorationem notabilem amitti. Ita *per Auth. Qui rem.*C.*d.SS.Eccl.& arg.l.*38.*ff.d.R.V.* docet *Ant. Faber in Lib.*III. *Cod.Sab.Tit.*23 *def.*2. Ita etiam pronunciatum esse tradit *Franzkius ad Tit. Quib. mod. Usufr. amitt.* inque eâdem sententiâ est *Christinaus* Vol.III. *Dec.* CLXXVI. *Menochius* II. *A.j.Q.cent.*1.
11 *cas.*78.*& Mynsing.*VI.*Obs.*LXXXVI.† Et num ergò non *Habitator* vel habitatrix jure suo pariter ob deteriorationem privandi forent? Licèt *malitia* diversi generis, seu quæ ad deteriorationem ædium non tendit, eò ut habitatio amittatur, non invalescat, & *Simon Pistoris in Cons.*VI.*n.*4. rectè tradiderit, quòd ob hoc, quòd res quasdam ex hæreditate Mariti interverterit *Noverca*, eadem relictis sibi, seu donatis, non excidat.

1 XIII. *Casu* * in *Persona* Habitatoris extinguitur Habitatio, quando illum *mori* contingit, *l.*10.*pr.&* §.3.*ff.d.Usu & Habit. l.habitatio.C.d.Usuf. & habit. item l.*18.*pr.ff. de pericul. & comm. R.V. ubi: Habitationum oneribus morte libertorum finitis, emptor domûs ob eam causam venditori non tenetur, si nihil aliud convenit, quàm ut habitationes secundùm defuncti voluntatem super pretium*
2 *libertis præstarentur.* Id verò * non eò fit, quia hæc Servitus *personalis* est; (siquidem abinde, quòd cum personâ dominantis expiret Servitus, Personalis non dicitur, cùm in Operis Servorum diversum

versum

versum planè occurrat; sed quòd nullâ re mediante Personæ debeatur.) Verùm * quia jam habitari non potest ab eo, in cujus fa- 3
cto habitatio consistebat, & ad quem res ipsa referebatur. Non
O. * l. habitatio. ff. quando dies leg. & l. nec semel. §. nec utrum. eod. 4
Tit. Nam in illis textibus pecuniam seu *quantitatem* pro habitatione relictam esse constat: & deinde initium anni solùm ob capacitatem Legatarii, sed non ob ipsius debiti præstationem, inspicitur. Quod autem * de Habitatione in genere diximus, quòd ea 5
morte habitantis intereat, idem quoque de eâ, quæ *Fundô* constituta est, asseri debet; nisi aliud cautum sit. *II. F.* 105. Hæredes * ta- 6
men habitatorum propriâ authoritate nunquam expellendi sunt. *v. Carpzov.* II. *C.* XXXVII. *def.* 6. & *Fachin. controv.* XCV. Et
* cùm fieri queat, ut illi *quæstionem Dominii* referant proprieta- 7
rio: ideò observandum est, quòd objectio illa non attendatur; sed ei, qui habitationem constituerat, possessio priùs restituenda sit; *arg. l.* 25. *C. Locat.* nisi * etiam in continenti probare possint, se vel 8
antecessorem suum post constitutam habitationem Dominium acquisivisse: de qua & aliis Limit. *v. Ant. Fabr. in Tit. C. Locat. def.* X. & *Christin. vol.* 3. *Dec.* CXVIII. *n.* 3. Non minùs * ob *expensas* 9
hæredibus *Retentio* competet; *v. Hahnius ad Tit. Locat. n.* XVI. etiamsi * nondum liquidæ sint; *Sandius Lib.* III. *Decis. Frisic. Tit.* 10
XV. *def.* 5. ut tamen altiorem indaginem non requirant.

XIV. Quid si * Habitator, cùm alii habitationem *locâsset*, 1
mediô tempore mortuus sit, an *pensio* nondum soluta, pro ratâ temporis, quâ habitatio stetit, ad hæredes habitatoris demortui perveniet? Utiq; *per l.* 26. & 58 *ff. d. Ususfr. conf. Castillo c.* LXXVII. *d. Ususfr. n.* 20. *seqq.* Cùmque * Proprietarius quoque habitatio- 2
nem, prout est servitus, non minùs atque de ususfructu illud fieri potest, locare queat: (quâ ratione * habitatio convenit quidem 3
nomine cum eâ, quæ in ædibus locatis est; re autem impensè differt: cùm inquilini habitatio sit factum, quod ex vinculo initæ obligationis pendet, atque ad personam respicit:) ideò eleganter quæritur, an tunc etiam Habitatio ejusmodi, per mortem conductoris finiatur? Negativæ * videtur *ex l.* 10. *C. Locati*, & *l.* 18. *in* 4
f. C. d. Iur. Dot. fundamentum peti posse. Verùm * affirmativam 5
amplecti jubet *arg. l.* 10. *C. d. Ususfruct.* & *Habit.* Cùm ingens inter

Locatio-

LocationemRei & Ususfructûs ejusd. sit differentia: atque in hâc quidem specie casus reperiatur, ubi conductio, impediente rei locatæ naturâ, in hæredes conductoris non transeat. Illud tamen
6 * certum est, si Habitator Habitationem alii locâsset, quòd ita morte quidem Habitatoris locantis; sed non item morte conducentis, finiretur Habitatio. *d l.18. C d. Iur. Dot.* sicque ad hære-
7 des Conductoris hæc transferretur. Morte * autem locantis interveniente, si conductor interim expensas fecisset, quasi longô tempore ædibus usurus, tamen Dominus locationi stare non tenetur: quin imò nec hæredes habitatoris ad hoc quod interest conveniri possunt; modò quòd Locator Habitator fuerit, dictum sit. *v. l. 9. §. 1. ff. Locat. & Molinam. Tract. II. de Iustit. & Iur. d. 490. n. 5.*

1 XV. Post *Mortem* * naturalem de *Civili* experiamur. Et
2 licèt * *Capite minutus* usumfructum amittat (minimâ tantùm minutione non officiente: *v. Wesenbach. ad §. pen. Inst. d. Usufr.*) & imò eum jam minutus ab initio non acquirat. *Cujac. in Papin. ad l. 2. ff. quib. mod. ususf. amitt.* Tamen * in Habitatore quoad utrum-
3 que aliter habet, siquidem in *acquisitione* eædem militant rationes, quæ in *acquisita* jam habitatione Habitatori rem integram servant. Ideò * nempe per minutionem capitis non finitur habita-
4 tio: *l. 10. pr. ff. d. Us. & Hab.* quia in facto potiùs quàm in jure consistit: *eâd. l. 10.* Facta autem fictionem juris non recipiunt: *l. 1. §. 1. ff. d. Acq. & am. poss. Perez. in Cod. d. Usufr. & Hab. n. 37.* adeoque tamdiu eadem habitatori competit, quamdiu de facto seu naturaliter habitare potest: quod sanè potest is, qui capite minutus est: quasi * homini simpliciter constituta sit; atque ùt ope-
5 ræ servi itidem ex personâ ejus cui debentur, non pereunt: *l. 2. ff. de Oper. serv. l. 2. ff. d. us. & usufr. leg.* cùm in facto præstantis consistant: ita etiam in facto percipientis unicè versetur Habitatio?
6 dummodò ædes adsint, quas inhabitare possit: quâ † quidem in re Ususfr. longè est præstantior, & ad *alimentorum* naturam propè accedit: utpote quòd in his non minùs factum potiùs, quàm personæ conditio attendi soleat. *l. Legatum ff. d. Cap. minut. Cæpoll.*
7 *c. VI. d. S. U. P. n. 1.* Imò * cum Legatis in annos a. menses singulos confertur, quæ & ipsa capitis minutione non extinguuntur. *l. 18.*

d. an-

d. annuis Legat. Quid si* Habitator *Monasterium ingressus* sit? 8
Tum v. Monasteriũ in locum ejus, per Locationem alteri factam, subintrare poterit. *Myler. Gamolog. c.* XII. §. 2. *in fin.* Idemque * in 9
Filiof. Monasterium ingrediente, asserendum est, ut ad Patrem quicquam emolumenti ex illâ Habitatione derelictâ non perveniat: Neque enim ita Pater vi Patriæ Potestatis, (quæ * uti in fi- 10
lio quoad jura familiæ, ita etiam in Patre quoad emolumenta, per ingressum filii in cœnobium, non perimitur. *v. Coll. Argent. ad Tit. de Adoptionibus. th.* 108.) habitationem sibi vindicare potest, uti potest Usumfructum. Quòd autem* hunc Pater amittat 11
in bonis filii adventitiis, si ipse Pater cœnobium ingressus sit, illud asserit *Castillo in C. LXIV. D. Usufr. n.* 8. *seqq.* quem vide.

XVI. Quandoquidem † v. *Dignitatis amissio* ne quidem 1
capitis minutio est, ideò ista eò minùs Habitatori officiet, in quo nec *Qualitas personæ* per se attenditur. Hinc etiam † mu- 2
lier, quæ *inhonestè* vivit, licèt mariti prioris dignitatem & privilegia amittat; *arg. l.* 7. *C. d. revoc. donat.* non tamen ejus amittit *domicilium*; *Carpzov. Tit.* III. *Proc. art.* 1. *n.* 54. *seqq.* neque etiam habitatione privabitur; si ex *Saxonum* jure respondendum sit: ubi Lib. I. Land-Recht art. 5. Ein Weib mag mitt Unkeuschheit ihres Leibs ihre Weibliche Ehre kräncken/ ihr Recht verleust sie aber damit nicht/ noch ihr Erbe. *Berlich. P. IV. Concl.* XXXI. *n.* 23. eôdemque † jure, si intrà annum luctûs nubat, bonis hæreditariis non 3
excidit: uti quidem in *l.* 1. *C. d. sec. Nupt.* constitutum est. *Conf. Coler. Part.* I. *Dec.* LXIV. Nihilom. † communi jure, si vidua *luxuriosè* 4
vixerit: (Secùs si aliâ ratione Dignitatem mariti ampliùs non habeat, veluti secundis Nuptiis, &c.) usumfructum, & quod pari ratione adstruerem, *habitationem* à marito relictam amittit: quam *non amitteret *secundô matrimoniô initô. v. Gail. II. Obs.* XCVIII. 5
n. 24. *Forster. VII. d. success. ab intest. c.* 6. Licèt autem * *Garsias d.* 6
conjugal. acquæst. n. 39. idem de usufructu (& similibus ,) quæ ex dispositione *Legis* mulieri debentur , asseruerit; Negativa † tamen sententia, cumprimis si stuprator mulierem superinduxe- 7
rit, verior est. *Berlichius IV. Concl.* XXXI. *n.* 13. 17. 26. Et de eâ † *jur. Saxon.* suprà adductum si capiatur, quod fieri debere con- 8
textus arguit: tum verò hactenùs eidem cum Jure communi

9 convenit. Est enim * longè alia ratio Mariti liberâ voluntate dis-
ponentis, cujus intentio ergà uxorem non ea esse videtur, si in ho-
10 neste vixerit, ut tunc etiam à se honorari debeat: Adeò * ut
tunc quoque habitatione privanda foret, si cùm hæc sub *alimentis*
contineretur, eidem à marito relictis, Ipsa etiam post annum lu-
ctus impudicè vixerit. *Mantica Lib.* XII. *d. Conject. Ult. Vol. Tit. V. n.6. Roland. à* V*all. vol.* II. *Cons.* 86.

XVII. Circà Rem * ipsam *casus*, quô habitatio cesset, exo-
1 ritur, quando Ædes ad aream redactæ sint, aut aliter *perierint. l.* 5. §.
2. *l.* 10. §. 1. *ff. quib. mod. usufr. am.* §. 3. *Inst. d. Usufr.* Unde * & *Transa-*
2 *ctio* super habitatione, ruinæ & incendio subjecta esse dicitur in
l. 8. *ff. de transact.* §. 25. hoc est, ipsæ ædes s. emolumentum earum:
ut, † cùm loco quantitatis, pro habitatione debitæ, per transa-
3 ctionem, de præstandâ habitatione ipsâ, conveniret, dicatur habi-
tatio, (aliter, atque si quantitas præstita fuisset,) ruinæ & incendii
periculo supposita esse. Perit autē † collapsis ædibus in tantū habi-
4 tatio, ut vivô Testatore collapsæ, si *restituta* vel maximè fuerint,
habitatio tamen postmodùm ampliùs non debeatur: cùm eædem
numerô ædes non sint. *l.* 36. *pr. ff. quibus mod. usufr. l. Servitutes.* §.
sublatum. d. S. V. P. l. repeti. pr. ff. qb. mod. Usufr. am. j. l. stipulatio. §.
Si quis ita. seqq. d. V. O. Conf. Card. Manticam Lib. IX. *d. Conject.*
5 *Ult. vol. Tit.* II. *n.* 4. etiāsi † *ex eod. tigno* restitutæ fuerint; *l.* 10. §. 1. *&*
7. *ff. quibus mod. usufr. amitt. conf. Robert. Lib.* IV. *Rer. judic. c.* VII.
6 aliter * quàm si *per partes* reficiantur. *l.* 10. §. *pen. eod. l. proponi-
tur.* 76. *ff. d. judic. l.* 22. *ff. d. Leg.* 2. *Cujac. Tract. V. ad Afric. in d.*
7 *l.* 36. In *pignore* † secus est, ut restitutis ædibus idem pignus maneat:
8 *l.* 21. *ff. d. pignor. act. l.* 29. §. *pen. d. pignor.* In *proprietate* * itē Legata no-
væ ædes solo cedunt. *l.* 22. *in f. d. Leg.* 1. *&* in † *servitute reali. Stru-*
9 *vius ad Tit. Quib. mod. servitus amitt.* θ. 54. Denique * ususfructus
ædium legatus dirutis ædibus in tantum perit, ut ne quidem
area ususfructus debeatur, quoniā area ædificiô dirutô pars ejus
10 amplius esse non putatur: *arg.* §. 30. *Inst. d. R. D.* Indeq; † *l.* 20. §. 2.
ff. d. S. P. V. obstare non potest; siquidem in eâ non ædificii, sed lo-
11 ci ususfructus relictus est: Ita tamen † adh. dirutis ædibus usus-
fructus areæ ad usufructuarium pertinet, si ille *Bonorum* usu-
fructuarius fuerit. *l.* 34. §. 1. *ff. d. Usufr.*

Sectio

SECTIO IX.

De Habitationis Affinibus.

ET nunc * quidem de *Affinibus* differi posset, nisi eadem superiùs præoccupata fuissent; & in specie de † *Superficiebus* aliquando peculiari instituto agendum non foret: de cæteris * intereà *v. Dn. Tabor, in Disp. d. l. Emphyt. l. 79. &c.*

F I N I S.

